

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber XIV

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A
C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XIV.
BREVIARIVM LIBRI.

B **N**ERO matrem suam fastidit, denique interficit. Excusat id factum apud Senatum: & is non ignoscit solum, sed laudat. Inde ad deterrima quaeque prorupit. currus agitavit. in scenâ cantavit. Quinquennale ludicrum Romae institutum, vario sermone vulgi. Rubellius Plautus amouetur. At Corbulo in Armeniâ strenuè rem gerit: Tigranocerta capit: Tigranem regem ijs imponit. Contra in Britanniâ clades accepta, dum Suetonius Paullinus Montam insulam intrasset. & tota penè provincia amissa: quam tamen mirâ constantiâ & unius praelij successu Suetonius idem retinuit. Praefectus urbis domi suae interfectus. supplicium de familiâ sumtum. Lex Maiestatis reuocata. Burrhus obiit. Seneca à pessimis in invidiam vocatur: ideoque comitum à Principe petit, nec accipit. Tigellinus unus omnia potest: is Plautum & Sullam interfici curat. Nero Octaviam dimittit: Poppæa iungitur. Seditionem super eâ re populus movet: quae causa maturandi Octaviae exitij. Ea interfecta in Pandateriâ insulâ. Gesta haec annis circiter quattuor.

C C. VIPSANIO. L. FONTEIO CAPITONE
IMP. NERONE. IV. COSSO CORNELIO LENTULO
C. CAESONIO PÆTO. C. PETRONIO TVRPILIANO COSS.
P. MARIO CELSO. L. ASINIO GALLO.

C AIO Vipsanio, Fonteio Coss. diu meditatam scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperij coalitâ audaciâ, & flagrantior in dies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium, & dissidium Octaviae incolumi Agrippinâ haut sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare Principem, & pupillum vocare, qui iussis alienis obnoxius, non modò imperij, sed libertatis etiam indigeret. *Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere, & triumphales auos? An fecunditatem, & verum animum timeri? ne* Cap. 1.
A. V. C.
DCCCXII.
Nero agit
matris ca-
dem:

Uxor saltem iniurias patrum, iram populi aduersus superbiam avaritiamque matris aperiat. Per obli-
quum stimu-
lante Poppæâ.

D *Quòd si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis coniugio, iuram quoque terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris, quam viseret periculis eius immixta.* Hæc atque talia lacrymis & arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat: cupientibus cunctis infringi matris potentiam, & credente nullo, vsque ad cædem eius duratura filij odia. Tradit Cluuius ardore retinendæ Agrippinam potentia eò vsque prouectam, vt medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se sæpiùs remulento comtam, & incesto paratam. Iamque lasciuia oscula, prænuntias flagitij blanditias, annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras subsidium à feminâ petiuisse: immittamque Acten libertam, quæ simul suo periculo, & infamiâ Neronis anxia, deferret, peruulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinæ, sed Neroni cupitum id memorat, eiusdemque libertæ astu disiectum. Sed quæ Cluuius, eadem ceteri quoque auctores prodidere; & fama huc inclinât, seu conceperit animo tantum immani-

Cap. 2.
Agrippina
scelus tentat:

Sino ipse
Nero.

manitatis Agrippina, seu credibilior nouæ libidinis meditatio in eâ visa est, quæ puella- A
ribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine vsque ad
libita Pallantis prouoluta, & exercita ad omne flagitium patrum nuptijs. Igitur Nero
vitare secretos eius congressus: abscedentem in hortos, aut Tusculanum vel Antiatem in
agrum, laudare quòd otium lacefferet. Postremò vbicumque haberetur, prægrauem ra-
tus, interficere constituit: hætenus consultans, veneno, an ferro, vel quâ aliâ vi. Placuit-
que primò venenum. Sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat,
tali iam Britannici exitio. Et ministros tentare arduum videbatur, mulieris vsu scelerum
aduersus insidias intentæ: atque ipsa præsumendo remedia munierat corpus. Ferrum &
cædes quonam modo occultaretur, nemo reperiēbat; & ne quis illi tanto facinori dile-
ctus, iussu sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classis apud Mife-
num præfectus, & pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odijs Agrippinæ inuisus. Ergo
nauem posse componi docet, cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet igna-
ram. Nihil tam capax fortuitorum quàm mare; & si naufragio intercepta sit, quem adeò B
iniquum, vt sceleri assignet, quod venti & fluctus deliquerint? Aditurum Principem
defunctæ templum, & aras, & cetera ostentandæ pietatis. Placuit sollertia, tempore
etiam iuta, quando⁷ Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc ma-
trem elicit, ferendas parentum iracundias, & placandum animum dictitans; quò ru-
morem

Cap. 3.
Qui paul-
tim abiungit
se à matre.

Deliberat
de interfe-
ciendâ.

Anicetus
solubilis
nauem huic
rei repperit.

Cap. 4.
Baias Agrip-
pina elicitur.

C O M M E N T A R I V S.

I. AIO VIPSANIO. *Vulgati, Vip-
sano. Viri docti, Vipsianum cum no-
minant. Vide Fului nummos, in A-
pronâ gente.*

2. TRIUMPHALES AVOS.]
Vnum tantum, Poppæum Sabinum.

3. AN FECUNDITATEM ET VE-
RVM ANIMVM.] *Distinguo, Verum animum?
Timeri ne vxor. Nam quod V. C. Erricus Mem-
mius legebat, vterum annum, acutiùs quàm verius
censeo.*

4. MEDIO DIEI, CVM ID TEMPORIS.] *Romani
ergo epulabantur die medio? Non vulgò quidem: non
item viri serij, sobrij, sicci. Sed describit Tacitus Nero-
nis conuiuium adolescentis madidi, verè Tempestiuum.
De quo, itemq; de Intempestiuo, vide vtiliter notata
in EXCVRS. A.*

5. STUPRVM CVM LEPIDO.] *Qui Lepidus an-
teà maritus Drusille, conuictus postea coniurationis
in Caium. Sueton. Cal. cap. XXIV. Dio LIX. itemq;
stupri in Agrippinam & Liuiliam. Rutilius in Itine-
rario, de Lepidis:*

Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule
portus:

Vergentem sequitur mollior aura diem.

Inter castrorum vestigia sermo retexit

Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.

Litore namque Cosæ cognatos depulit hostes,

Virtutem Catuli Roma secuta ducis.

Ille tamen Lepidus peior, ciuilibus armis

Qui gessit socijs impia bella tribus.

Insidias paci moliri tertius ausus,

Tristibus excepit congrua fata reis.

Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno,

Incesti pœnam soluit adulterij.

*Primum mali fati Lepidum intellegit, qui cum Q. Ca-
tulo dissensit post obitum Sullæ, & in Sardinia perijt.*

*Alterum, qui triumphauit. Tertium, qui conspirauit in
Augustum, illius filium. Quartum, de quo hic. Sed
cur poeta ait, incestum eius adulterium cum Agrippi-
nâ & Liuiâ? Ideo quia maritus Drusille Lepidus: &
cum Agrippinâ etiam sanguine iunctus. Credo enim
hunc Lepidum natum ex Aemilio Paulo & Iuliâ
nepte Augusti. At Iulia soror Agrippina, quæ mater
Caij, & sororum. Hinc clarum cur Caius successorem
illum imperij destinauerit, & quinquennio maturius
quàm per leges magistratum capere voluerit: quod
Dio tradidit libro LIX. Erat enim sanguinis gentisq;
Augustæ, pari cum Caligulâ gradu. Præter rem hæc
dixi, ad Suetonij historiæq; lucem.*

6. TEMPORE ETIAM IUTA.] *Ita libri manuss.*

7. QVINQUATRVVM FESTOS DIES.] *Sueton.
solemnia Quinquatruum vocat. Horatius item Quin-
quatrus festas. Causa, quia ij dies Mineruæ, leti pueris,
virisq;. De pueris, Horatius:*

— puer vt festis Quinquatribus olim,

Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.

Et Symmachus lib. v. Nempe Mineruæ tibi sollen-

ne de scholis notum est, vt ferè memores sumus D

etiam procedente ætate puerilium feriarum. Ad

eum diem conuiuium tibi paramus. Ferie ergo

pueris: at viris etiam ludi, & spectacula gladiatorum.

Ouidius, de quinque his diebus:

Sanguine prima vacat. nec fas concurrere
ferro.

Causa, quòd est illâ nata Minerua die.

Alterâ, tresque super rasâ celebrantur arenâ,

Ensisibus exsertis bellica læta dea est.

Hinc discite, secundum Quinquatruum diem, natalem

eiuscæ poetæ fuisse. Lib. iv. De Tristib.

Lucifer amborum natalibus adfuit idem,

Vna celebrata est per duo liba dies.

Hæc est armiferæ de festis quinque Mineruæ,

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus

A motem reconciliationis efficeret, ⁸ acciperetque Agrippinam, facili feminarum credulitate ad gaudia venientem. Dehinc obuius in litora (nam Antio aduentabat) excipit manu & complexu, ⁹ ducitque Baulos: id villæ nomen est, quæ promontorium Misenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. stabat inter alias naus ornatio, tamquam id quoque honori matris daretur. Quippe sueuerat triremi, & classiariorum remigio vehi. Ac tum inuitata ad epulas erat; ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit existisse proditorem, & Agrippinam, auditis insidijs, an crederet ambiguam, ¹⁰ gestamine sellæ Baias peruectam. Ibi blandimentum subleuauit metum, comiter excepta, ¹¹ superque ipsum collocata. Nam pluribus sermonibus modò familiaritate iuuenili Nero, ¹² & rursus adductus quasi serua consociaret, tracto in longum conuictu, profequitur abeuntem attius oculis & pectori hærens; siue explendâ simulatione, seu perituræ matris supremus aspectus, quamuis ferum animum retinebat. Noctem si-

Conuiuium
excipitur.

Blandè hæ-
betur.

Cap. 5.

B buere. Nec multum erat progressa nauis, duobus è numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Crepereius Gallus haut procul gubernaculis adstabat, Acronia super pedes cubitantis reclinis, pœnitentiam filij & recipendam matris gratiam per gaudium memorabat. cum dato signo, ruere tectum loci multo plumbo graue, pressusque Crepereius, & statim exanimatus. Agrippina & Acronia ¹³ eminentibus tecti parietibus, ac fortè validioribus, quamuis oneri cederent, protectæ sunt: nec dissolutio nauigij sequebatur; turbatis omnibus, & quòd plerique ignari conscios impediabant.

Fallaci nauis
imponitur.

Quæ in parte
soluta est.

¹⁴ Visum dehinc remigibus, vnum in latus inclinare, atque ita nauem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus; & alij contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verùm Acronia imprudens, dum se Agrippinam esse, & ut subueniretur matri Principis, clamitat, contis & remis, & quæ fors obtulerat, nauilibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minùs aguita, vnum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursum lembunculorum Lucrinum in lacum vectam, villæ suæ inferunt. Illuc reputans, idè se fallacibus litteris accitam, & honore præcipuo habitam, quodque litus iuxta non ventis acta, non faxis impulsæ nauis, summâ sui parte, veluti terrestre machinamentum concidisset, obseruans etiam Acroniæ necem, simul suum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur: misit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, benignitate deum, & fortunâ eius euasisse grauem

Agrippina
in mari se
proicit.

Nauiculis
excepta est,
& villa il-
lata
Cap. 6.

Ad filium de
periculo suo
mittit.

Natus ergo, sexto post Martias Idus. Sed & moris ut
y dies iucundè hilariterq; traducerentur. Augustus
ad Tiberium: Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis
iucundè egimus. Lusimus enim per omnes dies,
forumque aleatorium calcfecimus.

8. ACCIPERETQUE AGRIPPINAM.] Assentior
Pichene, deciperetque scribenti: nisi placet, allice-
retque.

9. DUCITQUE BAVLOS.] Antea Hortensij villa:
tunc in Principum bonis. De eâ non ineleganter Sym-
machus, eius possessor:

Huc deus Alcides stabulanda armenta coëgit
Eruta Geryonis de lare tergemini.

Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.

Ab Diuo, ad proceres dominos fortuna cucurrit,
Fama loci obscuros ne pateretur heros.

Hanc celebrauit, opum felix Hortensius, atlam:
Contra Arpinatem qui stetit eloquio.

Fuit etiam Antonie Drusi, uti è Plinio discas lib. IX.
cap. LV.

10. GESTAMINE SELLÆ.] Prisci, libris abest
vox sellæ. Atque ita sanè XI. libro locutus, In eodem
gestamine sedem poscit, sumitque. De Gestatoriâ
sellâ, in Electis. Libri ydem, Baulos, non Baias.

Malè, ex Sueton. cap. XXXIV. Nam Dio hæc parum
clare: & olim mihi imposuit.

11. SUPERQUE IPSVM COLLOCATA.] Ergo is
locus in conuiuio honestior, quotiens duo accumbe-
rent. idq; rectè (dissentiam licet) scio monuisse olim.
Non refellit me alter Taciti locus, lib. III. In conuiuio
Germanici cum super eum Piso discumberet,
infectos cibos manibus eius arguentes. Scito
enim tres discubuisse, mediumq; inter eos Germa-
nicum.

12. ET RVRVS ADDVCTVS.] Id est, seuerus, com-
positus, grauis. In Historijs super hac voce.

13. EMINENTIBVS TECTI PARIETIBVS, AC
FORTE VALIDIORIBVS, QVAMVIS ONERI CEDE-
RENT.] Video esse qui legant, quàm ut oneri. haud
ab re. At mihi etiam vox parietibus, non firma: &
quid si, arietibus? Sanè in Cesare, vbi pontem in
Rhenò struit, Publicæ obliquæ, pro ariete adigun-
tur. Et videntur fabri metaphorâ sic appellasse ligna
sustentantia, & modicè inclinata instar Arietis substi-
lientis, aut Capræ: vnde & Capreoli vulgò.

14. VISVM DEHINC.] Imò, iussum, ut libri ali-
quat, à nauarchis & fraudis auctoribus vel actoribus.
Sanè remiges id a se non excogitarunt: & additur, nec
inbas omnes statim consensisse.

Cap.7. Nero con- sternatus,

Amicos ad- uocat. Illi ancipites consilij.

Anicetus iterum rem suscipit.

Crimen in Agrippinam ridiculè con- fugit.

Cap.8. Vulgus ad periculum Agrippina excitati.

Anicetus ades eius irruir.

Animosè illa alloquitur.

At ipse & alij occidunt.

Cap.9.

uem casum. orare, vt quamuis periculo matris exterritus, visendi curam differret. sibi ad A
 præsens quiete opus. Atque interim securitate simulatâ, medicamina vulneri, & fomenta
 corpori adhibet. Testamentum Aceroniæ requiri, bonaque obsignari iubet. id tantum
 non per simulationem. At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, affertur eua-
 sisse ictu leui fauciam, & hætenus adito discrimine ne auctor dubitaretur. Tum pauore
 exanimis, & iam iamque affore obtestans vindictæ properam, siue seruitia armaret, vel
 militem accenderet, siue ad senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, &
 interfectos amicos obijciendo; ¹⁵ quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrhus & Se-
 neca expergiscerentur. quos statim acciuerat, ¹⁶ incertum an & antè ignaros. Igitur lon-
 gum vtriusque silentium, ne irriti dissuaderent: & eò descensum credebant, vt nisi præ-
 ueniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hætenus promptior, respi-
 cere Burrhum, ac si scitaretur, an militi imperanda cædes esset? Ille prætorianos toti
 Cæsarium domui obstructos, & memores Germanici, nihil aduersus progeniem eius
 atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil contatus, ¹⁷ poscit B
 summam sceleris. Ad illam vocem Nero, illo sibi die dari imperium, auctoremque tanti
 muneris libertum profiteretur. Iret properè, duceretque promptissimos ad iussa. Ipse audi-
 to, venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam vltro criminis parat: gladium-
 que, dum mandata perfert, abijcit inter pedes eius. tum quasi deprehenso, vincla iniici
 iubet: vt exitium Principis molitam matrem, & pudore deprehensi sceleris sponte mor-
 tem sumsisse confingeret. Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu euenisset, vt
 quisque acceperat, decurrere ad litus. ¹⁸ Hi molium obiectus, hi proximas scaphas scan-
 deret. Alij, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere. Que-
 stibus, votis, clamore diuersa rogantium, aut incerta respondentium, omnis ora com-
 pleri: affluere ingens multitudo cum luminibus, atque vbi incolumem esse pernotuit,
 vt ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati & minitantis agminis disiecti
 sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque ianuâ, obuios seruorum arripit,
 donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabant, ceteris terrore irrupentium exter-
 ritis. Cubiculo modicum lumen inerat, & ancillarum vna: magis ac magis anxiam Agrip-
 pinâ, quod nemo à filio, ac ne Agerinus quidem. aliam ferè litore faciem nunc, solitu-
 dinem ac repentinos strepitus, & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancillâ, Tu quo-
 que me deseris, prolocuta; respicit Anicetum trierarcho Herculeo & Oloarito centurione
 classiaro comitatum. Ac si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus pa-
 traturus, nihil se de filio credere, non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum
 percussores, & prior trierarchus fusti caput eius affixit. Nam in mortem centurioni fer-
 rum distringenti, protendens vterum, Ventrem feri, exclamauit: ¹⁹ multisque vulneribus
 confecta est. Hæc consensu traduntur. Aspexeritne matrem, exanimem Nero, &
 formam

15. QVOD CONTRA SVBSIDIVM SIBI? Romana editio, suffragium sibi? Nec damno. Sanc suffragari, adiuuare & opem ferre est: vt Refragari, obistere. Inde & Refragium, quod Grecis εναντιοτης. Hegesippus lib.v. cap. xxxvii. Gubernator obliquat velorum sinus, & sine refragio scinditur fretum. eaq; voce & alij vsi.

16. INCERTVM AN ET ANTE IGNAROS. Fides tibi, Corneli, magis cura, quam Dioni: qui Senecam auctorem impulsoremq; unicum Neroni eius criminis facit. idq; à fide dignis multis traditum esse.

17. POSCIT SVMMAM SCELERIS. Id est, peragere cupit quod cepit agere, & extremam velut manum sceleri imponere.

18. HI MOLIVM OBIECTVS SCANDERE. De his molibus ad Baias, Casiodorus Variar. ix. Quantis ibi molibus termini decenter inuasi sunt? quantis spatiis in visceribus æquoris terra promō-

ta est? Strabo lib. v. Η δὲ πῶλις ἐμπορείον γερῶν μέγισον, χειροποίητος ἔχουσα ὄρυμα, καὶ τὴν εὐφύτων τὴν αὐμυ. Διόπερ τῆν χαλκὴν καταμύζαντες τὴν ἀμμοκονίαν, περὶβάλλουσι χάμματα εἰς τὴν θύλακτιν. Virgilius.

Qualis in Euboico Baiarum litore quondam Saxea pila cadit.

Ausonius in eâ re corrigo: Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis. Male enim hætenus, palis. Enimvero pila ille è saxo, vt Virgilius: in eademq; voce Linius corrig. lib. i. Modò intra illam pilam, & spolia hostium. male vulgò illa pila. intellegit columellam, quam Dionysius ἐνκλίδα dixit, spolijs Curiatorum insignem. Horatia peila, apud Propert. tela ipsa sunt: ne quis eò me refutet. At de pilis his ad Baias, etiam Seneca, epist. lxxviii. Omnis in pilis Puteolorum turba consistit.

19. MULTISQVE VVNERIBVS CONFECTA EST.]

A formam corporis eius laudauerit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem, ²⁰ conuiuiali lecto, & exsequijs vilibus. Neque dum Nero rerum potiebatur congestâ & clausâ humo; mox domesticorum curâ, leuem tumulum accepit, viam Miseni propter, & villam Cæsaris dictatoris, ²¹ quæ subiectos sinus editissima prospexit. Accenso rogo libertus eius, cognomento Mnester, ipse ferro se transegit: incertum charitate in patronam, an metu exitij. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina, contempseratque. Nam consulenti super Nerone, responderunt Chaldæi, fore vt imperaret, matremque occideret: atque illa, *Occidat, inquit, dum imperet.* Sed à Cæsare ²² perfecto demùm scelere, magnitudo eius intellecta est: reliquo noctis, modò per silentium defixus, sæpiùs pauore exurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exitium allaturam. Atque eum, auctore Burrho, prima centurionum tribunorumque adlatio ad spem firmavit, prehensantium manu, gratantiumque, quòd discrimen improuisum, & matris facinus euasisset. Amici dehinc adire templa, & cæpto exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis & legationibus lætitiâ testari. Ipse diuersâ simulatione, mæstus, & quasi incolumitati suæ infensus, ac morti parentis illacrymans; quia tamen non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obuersabaturque maris illius & litorum grauis aspectus (& erant qui crederent, sonitum tubæ collibus circum editis, planctusque tumulo matris audiri) Neapolim concessit, litterasque ad senatum misit, quarum summa erat, *Repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinæ libertis, & luisse eam pœnam eâ conscientia, quâ scelus parauisset. Adijciebat crimina longiùs repetita, quòd consortium imperij, iuraturasque in femina verba prætorias cohortes, idemque dedecus senatus & populi sperauisset: ac ²³ posteaquam frustra oblata sint, infensa militibus patribusque & plebi, dissuasisset donatiuum & congiarium, periculaque viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret? Temporum quoque Claudianorum ²⁴ obliquâ insectatione, cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, ²⁵ publicâ fortunâ extinctam referens. * Namque & naufragium narrabat. Quod fortuitum fuisse, quis adeò hebes inueniretur, vt crederet? aut à muliere naufragâ missum cum telo vnum, qui cohortes, & classes Imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed aduerso rumore Seneca erat, quòd ²⁶ oratione tali confessionem scripsisset. Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia*

Viliter sepulta.

Prædictum ei hoc exitium. Cap. 10.

Nero sui impo-
pos, casâ
matre.

Evatoriani
milites eum
erigunt.
Mox amici,
& ceteri.

Prodigium
circa Agrip-
pina tumu-
lum.

Cap. 11.
Littera Ne-
ronis ad Se-
natum:

* Tamque
Falsa, &
impudentes.
Vnde & in
Senecam
inuidia.

Cap. 12.
Decreta
adulatorum.

EST.] *Sustuli insigne glossema aliquot versuum, qui huc transcripti è Seneca Octauia verbatim. Ea, omnia iure desunt Vaticano. Non visum id ante me, ne ab eo quidem qui codices Vaticanos inspexisse iactat, miror & indignor. Hæc Agrippina mors. At Philostratus lib. IV. de Vita Apollonij, adfirmavit naufragio periisse Agrippinam solutâ illâ naue. Adeo ille & genere & partibus scriptiois suæ nugator est.*

20. CONVIVIALI LECTO.] *Non funebri, & legitime parato.*

21. QUÆ SVBIECTOS SINVS.] *Apud ad hunc locum Seneca epist. LII. C. Marius, & Cn Pompeius, & Cæsar extruxerunt quidem villas in regione Baianâ, sed illas imposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculâri longè lateque subiecta.*

22. PERFECTO DEMVM SCELERE.] *Ita fit. currimus ad scelus precipites, quod sedente impetu, veris mox pretijs æstimamus. Aurea gnome, sumptuane à Menandro? cerè ab illo antea sic elata, apud Stobæum:*

Οὐδεις ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πόσον
Ἀμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὅσῃ δ' ὄρα.

At nemo peccans, criminis sui modum Peccando nouit, re peractâ respicit.

23. POSTEAQVAM FRVSTRA OBLATA.] *Perpicuum mendum. Farnes. ablata. Fortè intercisa voces explende: frustra ab illâ tentata sint. Aut potius adhereamus Romane lectioni, optata sint. Interpretor, Posteaquam frustra ea voluerit vouerit, Agrippina.*

24. OBLIQA INSECTATIONE.] *Vulgò, & libris scriptis, oblitâ, Ferretus, obitâ. Nostra emendatio certa videtur, ex ratione prisca sribendi, oblitâ.*

25. PVBLICA FORTVNA EXSTINCTAM.] *Et imprimis ipsius priuatâ. Hinc illud, iure laudatum Quintiliano, Africani Oratoris ad Neronem super hac morte: Rogant te Cæsar Gallia tuæ, vt felicitatem tuam fortiter feras.*

26. ORATIONE TALI.] *Quintilianus l. VIII. de hac Oratione: Facit quædam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto quod Nero ad Senatum misit occisâ matre, cum se periclitatum videri vellet. Saluum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo.*

nia pulvinaria, vr̄que ²⁷ Quinquattus, quibus apertæ essent infidiæ, ludis annuis celebrarentur. Aureum Mineruæ simulacrum in curiâ, & iuxta Principis imago statuere-
 tur. Dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset. Thrasea Pætus silentio vel breui assen-
 su priores adulationes transmittere solitus, ²⁸ exitium senatui, ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non præbuit. Prodigia quoque crebra & irrita intercessere. Anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata. iam sol repente obscuratus, & tactæ de cælo quatuordecim vr̄bis regiones. quæ adeò ²⁹ sine curâ deûm eueniebant, vt multos post annos Nero imperium & scelera continuauerit. Ceterùm quo graualet inuidiam matris, eaq̄ue demorâ, auctam lenitatem suam testificaretur; feminas illustres ³⁰ Iuniam & Calpurniam, præfecturâ functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolum sedibus patrijs reddidit, ab Agrippinâ olim pulsos. Etiam Lollia Paullinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit: quosque ipse nuper relegauerat, Iturium & Caluissium pœnâ exsoluit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exsilio Tarentum regressa, labante iam Agrippinâ, cuius inimicitijs conciderat, vel tum B
 mitigatâ. Contanti in opidis Campaniæ, quonam modo vr̄bem ingrederetur, an obsequium senatus, an studia plebis ³¹ repeteret anxio; contrâ deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior exstitit, inuisum Agrippinæ nomen, & morte eius accensum populi fauorem differunt. Iret intrepidus, & venerationem sui coram experiretur. Simul progredi exposcunt, & promptiora quàm promiserant inueniunt, obuias tribus, festo cultu senatum: coniugum ac liberorum agmina per sexum & ætatem disposita: exstructos quâ incederet spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publici seruitij victor, Capitolium adiit; grates exsoluit: seque in omnes libidines effudit, quas malè coërcitas qualiscumque matris reuerentia tardauerat. ³² Vetus illi copia erat curriculo quadrigarum insistere, nec minùs fœdum studium ³³ citharâ ludicrum in modum canere, cùm cœnaret: ³⁴ quod regibus & antiquis du-
 cibus factitatum memorabat. Idque vatium laudibus celebre, & deorum honori datum. Enimuerò cantus Apollini sacros, taliq̄ue ornatu astare, non modò Græcis in vr̄-
 bibus, sed Romana apud templa, numen præcipuum, & præscium. Nec iam sisti poterat;

Thraseas
Senatu exijt.

Mitiora ali-
quos facta
Neronis.

Cap. 13.
Metuit vr̄-
bem ingredi.

Sed illa adu-
lacioni para-
tissima.

Inde Neroni
contemptus
fama.

Cap. 14.
Ab viles lu-
dos se appli-
cat.

27. QVINQUATRVS LVDIS ANNVIS.] Nonne iam antè celebrabantur? Dixi enim de gladiatoribus. Sed puto hic intelligi scenicos ludos annuos, aut Circenses.

28. EXITIVM SENATVI, AC SIBI.] Locus qui mutilis videatur, & non est. Nihil enim narratur in quo Thraseas offenderit. At scribe mecum fidenter: exijt tum Senatu. Hoc enim solo sibi discrimen peperit magnus ille vir, quòd Senatu egressus est, cùm de Agrippinâ referretur. Xiphilinus: Ο Πράσιος δε Θεσσαίας Παύτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τὸ ἔπι-
 σολῆς ἐπέκρουεν, ἀναγνωθεύσας δὲ ἐπιτῆς ἐξάνεσθαι τὸ ἐν δὲ ὄρον καὶ ὄπῳ ἔπορευάσθαι, καὶ ἐξῆλθε, δὶ ἴσθαι ἂν μὲν ἦθελεν εἰπεῖν ἐκ ἠδ' ὕατο, ἂν δὲ ἠδ' ὕατο, ἐκ ἠδ' ἔλε.

Tacit. XVI. hunc ipsum locum respiciens: Olim vtrif-
 que infensus, & accedentibus caussis in Thraseam, quòd Senatu egressus est, cùm de Agrippinâ referretur, vt memorauimus.

29. SINE CVRA DEVM E VENIEBANT.] Εἰπιθεῖται & hic & alibi nosser.

30. IUNIAM.] Caluinam, de qua lib. XII. De Calpurniâ, eodem etiam libro. Statim, Præturâ functos, lego.

31. REPETERET ANXIO.] Libri quidam, reperiret: quod merito Pichena probat. Dubitabat scilicet & angebatur, an Senatum obsequentem, plebem fauentem reperiret.

32. VETVS ILLI COPIA ERAT.] Ita libri prisca.

substituerunt, cura: ad sententiam non male. Nescio an, copido, sive cupido.

33. CITHARA LVDICRVM IN MODVM.] Non etiam displiceat, ludiorum. Nummos cerèd cusit illa bellua, in quibus ipse citharædico habitu, in tunica oblongâ, citharam percutiens. Describit eum habitum graphicè Apuleius II. Florido, in personâ Bathylli: Eiq̄ue prorsus citharædicus status, deam conspiciens canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamydâ velat vtrumque brachium ad usque articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo cælato apta, D
 structim sustinetur; manus eius teneræ, procerulæ, læua distantibus digitis neruos molitur, dextra psallentis gestu suo fabulum citharæ admouet, ceu parata percutere. Ita enim locum eum legimus, distinguimus. Et quod ait de chlamydâ deq̄ cingulo, etiam illa apparent in Neronianis nummis; excipio quòd non brachia velat, sed ab humeris dependet chlamys.

34. QVOD REGIBVS ET ANTIQVIS DVCIBVS.] Ita in Panegyrico illo ad Pisonem, qui hoc æuo scriptus, inserta eadem defensio:

Nec pudeat pepulisse lyram, cùm pace serenâ Publica securis exultent otia terris.

Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles.

Quem Ouidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano. Neutri ego. Ab Ouidio atas abiudicat: ab Lucano, condi-

A terat; cum Senecæ ac Burrho visum, ³⁵ ne utroque peruinceret, alterum concedere. Clausumque ³⁶ valle Vaticanâ spatium, in quo equos regeret, haut promiscuo spectaculo. mox vltro vocari populus Romanus, laudibus extollere, vt est vulgus cupiens voluptatum, & si eò Princeps trahat, lætatur. Ceterum euulgatus pudor non fatietatem, vt rebantur, sed incitamentum attulit. ³⁷ Ratúsque dedecus amoliri, si plures scedasset, nobilium familiarum posteros, egestate venales in scenam deduxit: quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. Nam & eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit, donis ingentibus: nisi quòd merces ab eo qui iubere potest, vim necessitatis affert. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, ³⁸ instituit ludos Iuuenalium vocabulo, in quos passim nomina data. non nobilitas cuiquam, non ætas aut acti honores impedimento, quo minùs Græci Latinive histrionis artem exercerent, vsque ad gestus modosque haut viriles. Quin & feminæ illustres deformia meditari. Exstructaque apud nemus, quod ³⁹ nauali stagno circumposuit Augustus, conuenticula & cauponæ, & posita vano irritamenta luxus. ⁴⁰ dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia & infamia; nec vlla moribus corruptis olim plus libidinum circumdedit, quam

In circo Vaticano curru regit.

Mox palam.

Ad eadem nobiles adigit.

Cap. 15. Iuuenalium ludi.

Luxus ad Stagnum.

Et corrupta paulatim tota Roma.

quam

conditio scribentis. Nam ille quicumque poeta, ignotus fuit, obscurâ domo, fortunâ tenui: & humilius blanditur Pisoni, quam vt decuerit Lucanum. Ait ecce: — tu Piso latentem

Exere: nos humilis domus, at sincera parentum,

Sed tenuis Fortuna suâ caligine celat.

At Lucanus certè notus, celebris: per se, perq. uxorem * prædices. Adde Senecam patrum in aulâ: qui huic humili & tenui protendere manum potuisset, præ Pisoni. Sed & decimonono ætatis anno scriptum hoc carmen. nam ait:

Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas

Cæperit, & nondum vicesima venerit ætas.

Quod non conuenit in ætatem Lucani, præsertim cum scriptum sit diu post consulatum Pisonis, & paulò ante detectam, ni fallor, coniurationem. Certè post consulatum diu: quoniam & eloquentiæ eius specimen Neapoli præbitum celebrat. quod scimus contigisse nos quinquennali certamine, cum Nero in eadem urbe Græcicâ copiam fecit suæ vocis, annis aliquot post Pisonis consulatum, quem inijt anno urbis DCCCX. Sed nec Statius huius carminis mentionem facit: cum omnia minima scripta eius recenset, II. Silu.

35. NE VTROQUE PERVINCERET.] Putarem, ne utrumque: id est, ne duo illa extorqueret, alterum indulgere, vt in eo acquiesceret.

36. VALLE VATICANA SPATIVM.] Credo id à Plinio denotari lib. XXXVI. Tertius obeliscus Romæ in Vaticano, Caij ac Neronis principum Circo.

37. RATVSQVE DEDECVS AMOLIRI.] Romana editio, dedecus molliri. quod ego præfero.

38. INSTITVIT LVDOS IYVENALIVM.] Qui privati, & per domum celebrati aut in hortis. Tacitus lib. XV. Actiore in dies cupidine Nero agitabatur promiscuas scenas frequentandi: nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuuenalibus ludis. Mansit nomen ludorum posteriori æuo, & imperatores, quos in palatio ludos dabant Kalend'is noui anni (de quibus è Iuliano monui ad librum) IV. Iuuenalia videntur appellasse: ab exemplo hoc Neronis. Sidonius:

Ianus fortè suas bifrons Kalendas

Sumendas referebat ad curules.

Mos est Cæsaribus die bis vno

(Priuatos vocitant) parare ludos.

Tunc cætus iuuenum sed aulicorum

Elæi simulacra torua campi

Exercet spatiantibus quadrigis.

Et addit post descriptionem curulium ludorum;

Iam verò Iuuenalibus peractis.

Vt videantur ij ludi, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis: Cordus dicit in omnibus ciuitatibus Campaniæ, Piceni, Vmbriæ, de proprio illum per quadriduum ludos scenicos & Iuuenalia edidisse. Quod notari volo. Neronis tamen æuo & instituto, scenici: ex Tacito hic, & Plinio, qui ad hos ludos respiciens ait Neronem peculiari theatro in hortis primum cantasse, & Pompeiano præluisse. Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos institutos vult per causam positam à Nerone prima barba. Et herclicè ea nominis causa. Iuuenalia enim dicta, quia vt Tirocinij die pueros exuebant: sic barbâ rasâ iuuentutem. transibantq. tunc in viros. Vnde illud Domitiae amice blandientis Neroni votum: Simul hanc excepero, mori volo, Suetonius cap. XXXIV. itaque is dies Romanis pariter festus. De Octauiano, Dio, lib. XLVIII. Α μέλει τ' πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε παρέχον ζυχαίμυρος, αὐτὸς τε μεγάλως ἐώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπασὶ δημοταλῆ ἑορτῶν παρέχε. Καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐτελείετο τὸ γυμνασιον, ὡσπερ οἱ ἄλλοι. id est: Cæsar tum primum barbam radens, & ipse diem eum planè festum habuit, & alijs publicam festiuitatem indixit. atque ex eo etiam ipse genas suas leues habuit, ad exemplum reliquorum. Alia huic ritui in EXCVRS. B.

*Vide Tacit. lib. XVI. De diuitijs Mellæ & Lucani.

39. NAVALI STAGNO CIRCVMPOSVIT AVGVSTVS.] Ad Tiberim. deq. eo stagno supra: Augustus structo cis Tiberim stagno. Et Suetonius. At nemus illud est, quod Cæsarum nemus appellatum. Vide & hic Xiphilinum.

40. DABANTVRQVE STIPES.] Cui rei data stipes? ad ludosne? Ita olim sanè Apollinaribus ludis factum reperio. Prætor edixit, ait Linius lib. XXV. vt

quàm illa colluies. Vix artibus honestis pudor retinetur; nedum inter certamina vi-
 A
 tiorum, pudicitia, aut modestia, aut quidquam probi moris reseruetur. Postremò
 41 ipse scenam incendit, multâ curâ tentans citharam & præmeditans, 42 assistentibus
 familiaribus. 43 accesserat cohors militum, centuriones tribuniq̄: & 44 mærens Bur-
 rhus, ac laudans. Tuncq̄ primùm conscripti sunt equites Romani, cognomento Au-
 gustanorum, ætate ac robore conspicui, & pars ingenio procaces, alij in spe potentia. Hi
 dies ac noctes plausibus personare. Formam Principis vocemq̄ deùm vocabulis appel-
 lantes, quasi per virtutem clari honoratiq̄ agere. Ne tamen ludicræ tantùm Impe-
 ratoris artes notescerent, 45 carminum quoque studium affectavit, contractis quibus
 aliqua pangendi facultas. 46 Nec dum insignis ætatis nati, confidere simul, & allatos vel
 ibidem repertos versus connectere; atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere.
 quod species ipsa carminum docet, non impetu & instinctu, nec ore vno fluens. Etiam
 sapientiæ doctoribus tempus impartiebat post epulas: utq̄ contraria assueverantium,
 discordiæ eruebantur. nec deerant, qui voce vultuq̄ tristi inter oblectamenta regia spe-
 B
 ctari cuperent. Sub idem tempus, leui contentione atrox cædes orta inter colonos Nu-
 cerinos Pompeianosq̄, gladiatorio spectaculo, quod Liuineius Regulus, quem mo-
 tum senatu rettuli, edebat. quippe opidanâ lasciuiâ 47 inuicem incessente probra, dein-
 de saxa, postremò ferrum sumere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos specta-
 culum edebatur. Ergo reportati sunt in urbem multi è Nucerinis trunco per vulnera
 corpore, ac plerique liberorum ac parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium Prin-
 cept

Citharâ in
 publico ca-
 nit.

Augustani
 equites lecti
 ad plauum.
 Cap. 16.
 Ad carmina
 etiam se dat.

Sed non sine
 alijs Phœbis.

Philosophis
 illudit.

Cap. 17.
 Pompeijs ca-
 dis per ludos.

populus per eos ludos stipem Apollini, quantum
 commodum esset, conferret. *Plinius lib. xxxiii.*
 Populus Romanus stipem spargere cœpit, Sp.
 Postumio, Q. Marcio coss. Tanta abundantia pe-
 cuniæ erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex quâ is
 ludos fecit. *Quæ verba ne te fallant. Nam stipem de
 quâ Liuius, multis annis prior notatione Plinianâ. Sed
 voluntariam, credo, Plinius intellexit: illa fuit ex edi-
 cto. Sed & Augustus stipem Prætoribus dari ad ludos
 voluit, innuente Dione LIV. initio: Τοῦτο μὲν ἑκατονταε-
 τὰς πρηνύρεϊς πᾶσας σκέταζεν, ἐν τῇ τῷ δῆμῳ δι-
 δοταῖ ἢ αὐτοῖς κελύσας. nisi tamen τὸ δῆμοσιον in-
 tellegi voluit potius, quàm δῆμου. Stipes aliàs usitatè
 dabantur dijs, & ad res sacras. Seneca de Benef. vii.*
 Omnia deorum sunt: tamen dijs posuimus domû,
 & stipem iecimus. *Et Ep. cxvi.* Colitur autem non
 taurorum optimis corporibus contrucidatis, nec
 auro argentoque suspenso, nec in thesauros stipe
 infusâ, sed piâ & rectâ voluntate. *Varro de L. L. Dijs
 cum thesauris affem dant, stipem dicunt. Ita in ca-
 pita fontium, quæ sacra, stipem iaciebant. Plinius li-
 bro vii. Epistol. de Clitumno: Fons purus & vitreus,
 ut numerare iactas stipes, & relucens calculos
 possis. Seneca lib. iv. Quæst. Natural. de Nili venis:
 In hæc ora stipem sacerdotes, & aurea dona Præ-
 fectioni, cum sollenne venit sacrum, iaciunt.*

41. IPSE SCENAM INCENDIT.] *Restitui ex li-
 bris. Vulgò, ipse scenas incedit.*

42. ASSISTENTIBVS FAMILIARIBVS.] *Falsò.
 Nam Vatic. assistentibus facies. Farnes. assistenti-
 bus facies. Similisq̄ lectio Budensis: quod facile
 odorèris è Rhenano coniectante, assistentium facie.
 Vtrumne, assistentibus facibus? Certè noctu & ad
 lumen etiam hi ludi exerciti. sequiturq̄: Hi dies ac
 noctes plausibus personare. & ait, postremùm in
 scenam venisse Neronem. Ergo ad lumen. Infra etiam,
 Noctes quoque dedecori adiectas. Sed & Sueton.
 Calig. cap. xviii. Quondam etiam & nocturnos*

ludos præbuit accentis facibus. *Noster iterùm infra.
 Latitiæ magis, quàm lasciuiæ dari paucas totius
 quinquennij noctes, quibus tantâ luce ignium ni-
 hil illicitum occultari queat. Vos diuini conferte
 operam; si mihi Phœbus hic non fauit.*

43. ACCESSERAT COHORS MILITVM.] *Ita le-
 C
 gend. non quia Suetonius cap. xxii. ita narrare vi-
 deatur, sed quia res poscit. Nam Suetonius de alio ibi
 & publico theatro.*

44. MÆRENS BVRRHVS, AC LAVDANS.] *Unus ergo hic tantùm Præfectus Prætorio. nec pugnat
 Suetonius qui duos nominat: quia Tacitus de Iuuenali
 ludicro adhuc loquitur; de publico theatro Suetonius,
 capite dicto.*

45. CARMINVM QVOQVE STVDIVM.] *Plinius
 libro xxxvii. Domitius Nero in ceteris vitæ suæ
 portentis, capillos quoque coniugis suæ Poppææ
 in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam car-
 mine Succina appellando. Intellexit & Seneca hunc
 poetam libro i. Quæst. Natur. Ut ait Nero Cæsar
 disertissimè, Colla Cytheriacæ splendent agitata
 columbæ. Laudat eum Martialis lib. viii.*

Carmina qui docti nota Neronis habet.
 & libro ix.

Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur auras,
 Lascium iuueni cum tibi lusit opus.

46. NEC DVM INSIGNIS ÆTATIS.] *Fortè leg-
 quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis.
 I] alternatim confidere simul. M. Antonius Mu-
 retus, cui scriptor hic noster in amoribus (& iure) cor-
 rigit: quibus aliqua pangendi facultas, necdum
 insignis erat. I] confidere simul; & natos ibidem
 versus connectere, atque ipsius verba quoquo mo-
 do prolata supplere. Non damno: germana tamen
 esse non credo. Ceterùm ab hoc Cornelij iudicio Tran-
 quillus dissentit, cap. lxx. quem vide.*

47. INVICEM INCESSENTE.] *Leg-
 incessentes.*

48. APIO-

Aceps fenatui, fenatus consulibus permisit. Et rursus re ad patres delatâ, prohibiti publice in decem annos eiusmodi cœtu Pompeiani, collegiâque quæ contra leges instituerant, dissoluta. Liuius & qui alij seditionem concieverant, exilio multati sunt. Motus fenatu & Pedius Blæsus, accusantibus Cyrenensibus, violatum ab eo thesaurum Æsculapij, dilectumque militarem pretio & ambitione corruptum. Iidem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, prætoriâ potestate vsus, & missum disceptatorem à Claudio agrorum, quos regis 48 Apionis quondam habitos, & Pop. Rom. cum regno relictos, proximus quisque possessor inuaserant, diutinaque licentiâ & iniuriâ, quasi iure & æquo nitebantur. Igitur abiudicatis agris, orta aduersus iudicem inuidia: & fenatus ignota sibi esse mandata Claudij, & consulendum Principem respondit. Princeps probatâ Strabonis sententiâ, se nihilo minùs subuenire socijs, & vsurpata concedere scripsit.

*Ea puni-
sed leuiter.*
Cap. 18.

*Acilius Strabo
accusatus.*

Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitij Afri, & M. Seruilij, qui summis honoribus, & multâ eloquentiâ viguerant. Ille orando causas, Seruilus diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, 49 & elegantiam vitæ, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diuersus. 50 Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. 51 Quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, variâ famâ, ut cuncta fermè noua. Quippe erant qui Gn. quoque 52 Pompeium incusatum à senioribus ferrent,

Cap. 19.
*Domitij Afri
mors:
Et Seruilij*

Cap. 20.
A. V. C.
DCCCXIII.
Quinquennale certamen.

48. APIONIS QVONDAM HABITOS.] *Lego, regi Apioni. Rufus hac de re: Cyrenas cum ceteris ciuitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo regis Apionis arbitrio sumus assecuti. Item Eutropius: Quo tempore Libya quoque Romano imperio, per testamentum Apionis, qui rex eius fuerat, accessit. in quâ inclytæ ciuitates erant, Berenice, Ptolemæis, & Cyrenæ. Appianus in extremo Mithridatico: Τοῖς Ρωμαίοις Κυρία ἢ Ἀπίων βασιλεὺς τῆς Λαγυλῶν χώρας νόθος ἐκ Λαθίνης ἀπέλιπεν. Factum hoc anno urbis DCLX. C. Calio L. Domitio Coss. Sed ut moneam, in verbis Rufi vereor ut menda sit, licet occultior. Quis ille Ptolemæus antiquior? Plerique omnes Egyptij regis Ptolemæi, & parum proba aut recepta discriminis hæc nota. Ausim rescribere, Ptolemæi Apionis. Nam hic sanè rex, Ptolemæus fuit, sed cognomento Apion. Appianus i. Ciuil. Sequenti anno, populus Romanus duabus prouincijs ex testamentis regum est auctus, Bithyniam Nicomede relinquente, Cyrenen Ptolemæo ex Lagidis, cui Apioni cognomentum fuit.*

49. ET ELEGANTIA VITÆ, QVAM CLARIOREM.] *Traiecerim, & quem elegantia vitæ clariorem effecit.*

50. NERONE IV. CORN. COSSO COSS.] *Quorum mentio in lapide Romæ:*

I. O. M. ET. GENIO
VENALIC
P. ACILIVS. CERDO
VOTVM SOLVIT
NERONE. CÆSARE
AVG. IIII.

COSSO. LENTVLO. COSSI. F. COS.

51. QVINQVENNALLE LVDICRVM.] *Est hoc ipsum, quod noster l. XVI. Iustrale certamen appellat. Quod longo interuallo post reduxit & firmavit Gordianus Iunior Imperator. de quo appositè Victor: Eoque anno Iustri certamine, quod Nero Romam inuexerat, aucto firmatoque, in Persas profectus est. Exemplum autem, credo, Nero sumpsit à Neapo-*

litis, de quibus Strabo lib. V. Νῦν δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν σὺντελείται παρ' αὐτοῖς, μισθὸς τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πολλοῖς ἡμέραις, ἐνάμιλλος τοῖς ἑπιφανέστεροις τῆς καὶ τῆς Ἑλλάδα. id est: Nunc autem quinquennale sacrum certamen apud eos celebratur, Musicum & gymnicum in plures dies: quod æmulum esse potest illustrissimis Græcorum ludis. Nota quod ait, νῦν δὲ, Institutum enim id certamen eius auro, in honorem Augusti. Suetonius clarè, Aug. cap. LXXXVIII. & in Claudij cap. XI. Herodes etiam Iudææ rex theatrum & certamen quinquennale condidit, ad honorem gratiamque Augusti, uti Iosephus narrat lib. XV. Sunt & nummi Neroniani, in quibus mensa cum coronâ & lebetes, inscripti: CERTA. QVING. ROM. CO. S. C. id est, Certamen Quinquennale Romæ constituit.

52. POMPEIVM INCVSATVM, QVOD.] *Perpetuum sanè theatrum Pompeius condidit primus, anno urbis DCLXXXIX. Antea subitaria erant, & Censorum iussu plerumque disiecta. Tertullianus libello De spectaculis: Sæpè Censores renascentia theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuiâ prouidebant. Itaque Pompeius Magnus solo teatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animaduersionem, Veneris ædem superposuit. Donec præcipitantibus moribus, exstruxerunt ipsi Censores. Valerius lib. II. cap. IV. Theatra inchoata quidem sunt à Messallâ & Cassio Censoribus, ceterum auctore Scipione Nasicâ, omnem apparatus operis eorum subiectum hastæ vâni re placuit. Appianus Ciuil. I. Τῶ δὲ αὐτοῦ χρόνῳ Σκιπίων ὑπάτος καθέλε τὸ θέατρον ἔ Λεύκιος Κασσιος ἤρατο, καὶ ἦδη πρὸς τέλος ἐλάμβανεν, ὡς καὶ τὸδε εἰς αἰσίων ἀρχῶν ἐτέρον, ἢ ἔ χρησιμὸν ὄλωρ Ἑλληνικαῖς ἠδ' ὑπαδείαις Ρωμαίαις ἐβίβει. Eamque in rem S. C. interpositum, quod legis nomine Tertullianus intellexit in Apolog. Quoniam illæ leges abierunt, quæ theatra stuprandis moribus orientia, statim destruebant? Velleij locus addatur, qui corruptus vulgò: Cassius Censor à Lupercali in Palatium versus,*

Contra thea-
tra & ludos
dictum.

Cap. 21.
Pro his dictum.

ferrent, quòd mansuram theatri sedem posuisset. Nam ⁵³ antea subitarijs gradibus, & A scenam in tempus struèta, ludos edi solitos: vel si vetustiora repetas, ⁵⁴ stantem populum specta- uisse: si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. Ne spectaculorum quidem antiquitas seruaretur, ⁵⁵ quoties P.R. sederet, nullam cuiquam ciuium ⁵⁶ necessitate certandi. Ceterum abo- litos paulatim patrios mores, ⁵⁷ funditus euertere per accitam lasciuiam; ut quod usquam corrup- pi & corrumpere queat, in urbe uisatur, degeneretque studijs externis iuuentus, gymnasia & otia, & turpes amores exercendo, Principe & senatu auctoribus. qui non modò licentiam uitijs permiserint, sed vim adhibeant. proceres Romani ⁵⁸ specie orationum & carminum, scenam pol- luantur. Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent, & castus assumant, easque pugnas pro militiâ & armis meditentur? ⁵⁹ An iustitiam augurij, & decurias equitum, egregium iudicandi munus expleturos, si fractos sonos & dulcedinem uocum perire audissent? Noctes quoque de- decori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed cætu promiscuo quod perditissimus quis- que per diem concupiuerit, per tenebras audeat. Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina prætendebant. Maiores quoque non abhorruisse ⁶⁰ spectaculorum oblecta- B mentis, pro fortunâ quæ tum erat; eoque à Thuscis accitos histriones, ⁶¹ à Thurijs equorum certa- mina, & possessâ Achaiâ Asiâque ⁶² ludos curatijs editos. neque quemquam Romæ honesto loco ortum, ad theatrales artes degenerauisse, ⁶³ ducentis iam annis à L. Mumij triumpho, ⁶⁴ qui pri- mus id genus spectaculi in urbe præbuerit. Sed & consultum parcimonia, quòd perpetua sedes theatro locata sit, potius quàm immenso sumptu, singulos per annos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos, aut populo ⁶⁵ efflagitandi Græca certamina à magistratibus caussam fore, cum eo sumtu Resp. fungatur. Oratorum ac uatum uictorias incita- mentum ingenijs allaturas: nec cuiquam iudici graue, aures studijs honestis, & voluptatibus con- cessis

uersus, theatrum facere instituit: cui in demolien- do eximia ciuitatis feueritas, & consul Cæpio re- stitère. Scribe, in emolendo, & Scipio.

53. ANTEA SVBITARIIS GRADIBVS.] *Ausonius:*

Edilis olim scenam tabulatam dabat.

Subito excitatam, nullam mole faxeam.

54. STANTEM POPVLVM SPECTAUISSSE.] *Valerius ait, Sc. cautum, nequis in urbe, propiusue passus mille, subfellia posuisse, sedentue ludos spectare uellet. Sessionem tamen adstruere Linius & Dionysius uidentur lib. 1. sub Tarquinio rege: Loca diuisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terrâ spectacula alta sustinentibus pedes. Sed tantum in Circo.*

55. QVOTIES P. R. SEDERET.] *Libri scripti, Prætor sederet. Facile & uerè emendes, Prætores ederent. Enimuerò editionem ludorum magistratibus incubuisse, præsertim Prætori, notum ijs qui in uestibulo uersantur antiquitatis. Facit huic parti illa responsio: Nec proinde magistratus rem familiarem exhausturos, &c.*

56. NECESSITATE CERTANDI.] *Secutus sum manuscriptos. Vulgata scriptio tamen recta adæquè, spectandi. Vtrumque enim factitatum sub his comædis principibus, ut uiri illustres & ad certandum cogentur & ad spectandum. Nec displiceat geminari, necessitate spectandi aut certandi.*

57. FVNDITVS EVERTI.] *Libris meis abest rō, euertere. & omiseris rectè. Scribi etiam possit, & uerti.*

58. SPECIE ORATIONVM ET CARMINVM.] *Ad Musicum certamen referto.*

59. AN IUSTITIAM AVGVRII.] *Vitium: cui medenda impar ego.*

60. SPECTACVLORVM OBLECTAMENTIS.] *Farnes. oblectamenta uerè.*

61. A THVRIIS EQVORVM CERTAMINA.] *Atqui Linius lib. 1. etiam equos à Thuscis deriuat. C Ludicrum fuit, equi pugilesque, ex Etruriâ maxime acciti. Et cum equorum certamina antiquissima Romæ sint, uix uidentur ea petijisse tam longinquè. Magna Græcia certè & illa ora, in quâ Thurij, non tam pernota tunc Romanis. Quæ tamen frons mea à Tacito dissentientis? Thurij uicini Tarentinis ab ijsq; euerfi, ut Strabo narrat: quorum olim Sybaris opidum celebre delicijs. Ab Augusto colonia illuc deducta, Copie.*

62. LVDOS CVRATIVS EDITOS.] *Germana Cornelij uox, non, accuratijs, ex libris.*

63. DVCENTIS IAM ANNIS.] *Et paullo pluribus. quoniam triumphauit de Achais & Corinthijs Mummius anno urbis DCVIII.*

64. QVI PRIMVS ID GENVS.] *Quod genus? gymnico?ne? inclinabam, sed primus athletas dedisse legitur in adilitate Aemilius Scaurus, multis post annis. Potes igitur capere ludos Græcos. Nam antea noti tantum Osci & Latini. Cicero ad Marium libro VII. Non enim puto te Græcos aut Oscos ludos desiderasse: præferim cum Oscos vel in Senatu spectare possis, Græcos uerò ita non ames ut nec ad uillam tuam uia Græcâ ire soleas. Hos triplices ludos Tranquillus in Iulio intellegit, cap. XXXIX. Ludos regionatim urbe totâ dedit, & quidem per omnium linguarum histriones. Et Aug. cap. XLIII. Ludos fecit nonnumquam uicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones.*

65. EFFLAGITANDI GRÆCA CERTAMINA.] *Certaminis uox ad gymnasium spectare potius uidetur, quàm ad scenam. Sed & in scenâ ipsâ certamen quoddam uictoriae.*

Acessis impartire. letitiæ magis quam lasciviæ dari paucas ⁶⁶ totius quinquennij noctes, quibus, tantâ luce ignium, nihil illicitum occultari queat. Sanè nullo insigni dehonestamento id spectaculum transijt. Ac ne modica quidè studia plebis exarsere, quia redditi quamquam scenæ ⁶⁷ Pantomimi, certaminibus sacris prohibebantur. ⁶⁸ Eloquentiæ primas [partes] nemo tulit, sed victorem esse Cæsarem pronuntiatum. ⁶⁹ Græci amictus, quos per eos dies plerique incesserant, tum exoleuerant. Inter quæ & sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam diligeretur inquirebant. & omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iuliâ familiâ. Ipse placita maiorum colebat, habitu seuero, castâ & secretâ domo; quantoque metu occultior, tantò plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui ⁷⁰ Sublaqueum nomen est, istæ dapes, mensaque disiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine Deum destinari credebant. fouebantque multi, quibus noua & ancipitia præcolere auida & plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus ijs Nero componit ad Plautum litteras, ⁷¹ consuleret sibi & turbis, seque prauè diffamantibus subtraheret. esse illi per Asiam auitos agros, in quibus tutâ & inturbidâ iuuentâ frueretur. Ita illuc cum coniuge Antistiâ & paucis familiarium concessit. Iisdem diebus nimia luxus cupido, infamiam & periculum Neroni tulit, quia fontem ⁷² aquæ Martiæ ad urbem deductæ nando incesserat: videbaturque potus sacros & cærimoniam loci ⁷³ corpore toto polluisse. secutaque anceps valetudo, iram Deum affirmavit. At Corbulo post deleta Artaxata, vtendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis, metum hostium intenderet,

Nero primas tulit.

Cap. 22.

Cometes apparuit. Is causa rumoribus. Et periculum Plauto.

Qui in Asia ablegatur.

Nero agroratus.

Cap. 23.

Corbulo Tigranocerta pergit.

66. TOTIVS QVINQVENNIJ.] Ita scripserim, non, potius.

C 67. PANTOMIMI, CERTAMINIBVS SACRIS.] Certamina sacra, siue ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἀθλα ἐν σεφάνω μόνω, definit Pollux, libro III. Tale hoc Neapolitanum, quod & ἱεροὺς ἀγῶν à Strabone dicitur.

68. ELOQVENTIÆ PRIMAS PARTES.] Farnesiano abest, partes, rectè.

69. GRÆCI AMICTVS.] Libri leuiter aberrant. Nam Farnes. Ciratiam iactam quo. Vatican. Græciam iactus ta quo. Dixi aberrant. nam vera lectio hæc: Græci etiam amictus, quos per eos dies p. incesserant. vel, quos p. e. d. p. ingesserant. Græcanicum scilicet hoc certamen fuit, & idèò amiciebantur plerique ad morem Græcum, palliati crepidatq̃. Hæsi olim: sed expediuit me planè Dio lib. LX. de hoc ipso spectaculo, Neapoli: Ἐπεὶ ἐν γὰρ τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔχῃ. τὰ τε ῥῶδ' ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διητάτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τ' μουσικῆς διατριβῆς ἰμάτιον καὶ κρηπίδας, ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφύρεα καὶ σέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. id est: Deinde & Neapoli planè priuatim se gessit. Nam cum in alijs, & ipse & qui cum eo erant, Græcorum ritu vixerunt, tum etiam in Musico spectaculo pallium & soleas induit, & in Gymnico agone vestem purpuream & auream coronam accepit. Et simile quod in Commodo tradit, quotiens theatrum ingrederetur, solitum sumere χλαμίδα ὀλοπόρφυρον τῶν Ἑλληνικῶν τέχνης, καὶ σέφανον ἐκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον. Ex his facile intellego restituoq̃. Suetonij locum Domitiani cap. IV. Certabant etiam & prosâ oratione Græcè Latineque, ac præter citharædos chorocitharistæ quoque & psilocitharistæ. In stadio verò cursu etiam virginum certamini præfedit crepidatus purpureaque amictus togâ

D Græcanicâ, capite gestans coronam auream. Cor-rigo & distingo: & psilocitharistæ: in stadio verò cursu etiam virgines. Certamini præfedit, &c. Vera lectio, vera mens: Certasse præter citharædos, etiam chorocitharistas, & in stadio, certamine cursus, etiam virgines. At certamini toti quinquennali præfeditse Domitianum ritu Græco, purpureâ togâ, & coronâ ornatum. Dixit enim Togam: malle chlamydem, vt idem scriptor Neronis cap. XXV. reditum in urbem describens habitu Græcanico: in veste purpureâ, distinctâque stellis aureis chlamyde. vbi veste, glossematium puto, deleoq̃. Item Dio supra, & Capitolinus in Pertinace: Purpureaque chlamydes Græcanicas.

70. SVBLAQVEVM NOMEN EST.] Plinius lib. III. Anio lacus tres amœnitate nobiles qui nomen dedere Sublaceo (ita enim potius scribend. quia à lacu) defert in Tiberim. Addubito num vox Tacito desit, legendumq̃: villa cui Sublaceum nomen. Certè Neronis villa Sublacensis Frontino de Aqueduct. cognita. Aimoinus lib. II. cap. XVI. Benedictus pater in loco qui Sublacus dicitur, qui ab vrbe Roma XL. millibus abest, effulsit. Philostratus libro IV. De vitâ Apollonij ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem iam ori admouerat, fulmine excussum.

71. CONSULERET SIBI ET TURBIS.] Volebam, sibi & vrbi: sed notat in Flor. legi consuleret q̃ et vrbis: ex quo appositè Pichena, quieti vrbis. Sed sic tamen prius illud deest, sibi: nec abeo à meâ coniecturâ.

72. AQUÆ MARTIÆ.] Vera lectio. frustra turbant libri, qui partim, aquæ margine, partim, morgio, referunt.

73. CORPORE TOTO POLLVISSE.] Imò, corpore loto. Fontes & capita aquarum prisca sacra: in ijsq̃ natæ nefas. Plinius lib. IIX. de Cliummo: in ijsq̃ natæ nefas. Plinius lib. IIX. de Cliummo: in ijsq̃ natæ nefas.

deret, vel si pepercisset, clementiæ famam adipisceretur; illuc pergat non infenso exerci- A
tu, ne spem veniæ auferret: neque tamen remissâ curâ, gnarus facilem mutatu gentem, vt
segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisque, alij preces
offerre, quidam deserere vicis, & in auia digredi: ac fuere qui se speluncis, ac carissima
secum abderent. Igitur dux Romanus diuersis artibus, misericordiâ aduersus supplices,
celeritate aduersus profugos, immitis ijs qui latebras infederant, ora & exitus specuum
samentis virgultisque completos, igni exurit. Atque illum fines suos prætergreden-
tem incurfauere Mardi, latrocinij exerciti, contraque irrumpentem montibus defensi.
quos Corbulo immissis Hiberis vastauit, hostilemque audaciam externo sanguine vltus
est. Ipse exercitusque, vt nullis ex prælio damnis, ita per inopiam & labores fatisce-
bant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, feruida æstas,
longinqua itinera, solâ ducis patientiâ mitigabantur, eodem plura quàm gregario milite
tolerante. Ventum dehinc in locos cultos: demessaque segetes, & ex duobus castellis, in
quæ confugerant Armenij, ⁷⁴ alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, B
obsidione coguntur. Vnde in regionem Taurantium transgressus, improuisum pericu-
lum vitauit. Nam haut procul tentorio eius, ⁷⁵ non ignobilis barbarus cum telo reper-
tus, ordinem insidiarum, seque auctorem & socios per tormenta edidit: conuictique &
puniti sunt, qui specie amicitie dolum parabant. Nec multò post legati Tigranocerta
missi, patere mœnia afferunt, intentos popularis ad iussa; simul hospitale donum, co-
ronam auream tradebant. Accepitque cum honore, nec quidquam vrbi detractum, quò
promptius obsequium integri retinerent. At præsidium regium, quod ferox iuuentus
clauserat, non sine certamine expugnatum est. nam & prælium pro muris ausi erant, &
pulsati intra munimenta aggeris, demùm irrumpentium armis cessere, quæ facilius pro-
ueniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Princi-
pem Romanum societatem oratum, attineri à se Vologesen pro pignore amicitie osten-
tantes. eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodijs circum-
uenirentur, dato præsidio ⁷⁶ ad litora maris rubri deduxit. Vnde vitatis Parthorum fini- C
bus, patrias in sedes remeauerunt. Quin & Tiridatem per Medos extrema Armeniæ in-
trantem, præmisso cum auxilijs Verulano legato, atque ipse legionibus citis, abire pro-
cul ac spem belli amittere subegit: quosque nobis ob regem auersos animi cognouerat,
cædibus & incendijs perpopulatus, possessionem Armeniæ vsurpabat. cum aduenit Ti-
granes, à Nerone ad capeffendum imperium dilectus, Cappadocum ex nobilitate, regis
Archelai nepos; sed quòd diu obses apud urbem fuerat, vsque ad seruilem patientiam
demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam fauore Arfacidarum. At ple-
rique superbiam Parthorum perosi, datum à Romanis regem malebant. Additum
etiam præsidium, mille legionarij, tres sociorum cohortes, duxque equitum alæ. & quò
facilius

Diffugiunt,
aut occidunt
se hostes.

Mardi cum
incurfant.

Cap. 24.
Fame alijsq;
incommodis
laborat.

Insidia capiti
eius structa.

Tigranocer-
ta in fidem
accepta.

Cap. 25.

Hyrcani cum
Parthis dissi-
dent:
Societatem
Romanam
petunt.

Cap. 26.
At Corbulo
Armenia
reliqua subi-
git.

Cui Tigra-
nes rex im-
ponitur.

Pons terminus sacri profanique: in superiori parte
nauigare tantum, infra etiam natate concessum.
Imò in quibusdam aquis nauigare etiam vetitum.
Idem libro eodem, de lacu Vadimonis: Nulla in hoc
nauis (sacer enim est) sed innatant insulæ, &c.
Seneca epist. xli. de his ceremonijs: Magnorum
fluminum capita veneramus; subita ex abdito va-
sti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum ca-
lentium fontes, & stagna quædam vel opacitas vel
immensa altitudo sacrauit.

74. ALTERVM IMPETV CAPTVM.] Vox addita,
auctore Vatic.

75. NON IGNOBILIS BARBARVS.] Vnus Me-
gistanum. estq; illeipse, de quo Frontinus sic narrat.
Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsi-
deret, in quemdam ex Megistanis, quos ceperat,
animaduertit. caputque eius ballistâ excussum,
intra munimenta hostium misit. Id fortè decedit

in medium concilium, quod tum cum maximè
habebant Barbari. ad cuius conspectum velut
ostento consternati ad deditonem festinauerunt.

76. AD LITORA MARIS RVBRI DEDVXIT.] D
Valde equidem hic nunc hæreo, olim & in primis edi-
tionibus transitum aut neglectum. Ad quod mare
rubrum Hyrcanos (de ijs sermo) deduxit? Illud Egy-
ptium, quod vulgò sic appellant? ingens via sit, & nec
sic in fines suos, nisi per Parthorum, intrarint. An al-
terum illud magnum & Indicum? ita solent veteres,
fateor: sed nec hic ei locus, aut omnis Chorographia
me fallit. Sunt enim Hyrcani ad mare Caspium ipsum
siti, procul ab omni Indico: & pone vel flexu magno
isse, tamen Parthorum fines omnia illa maritima ferè
tangebant. Plinius: Persæ rubrum mare semper
accoluere; atque alia sub Parthis gentes. Considera,
& inspicere (oculorum res est) abeunt à patriâ millibus
millium; & in discrimina ipsa veniunt, quæ vitabant.
Quod

A facilius nouum regnum tueretur, pars Armeniæ vt cuique finitima, ⁷⁷ pars Nipoliq̄ue & Aristobulo atq; Antiocho parere iussæ sunt. Corbulo in Syriam * accessit, morte Vinidij legati vacuam, ac sibi permissam. Eodem anno ex illustribus Asiæ vrbibus, Laodicea tremore terræ prolapsa, nullo à nobis remedio, proprijs opibus reualuit. At in Italiâ vetus opidum ⁷⁸ Puteoli, ius Coloniae, & cognomentum à Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum & Antium ascripti, non tamen infrequentia locorum subuenere, dilapsis pluribus in prouincias, in quibus stipendia expleuerant. ⁷⁹ Neque coniugijs suscipiendis, neque alendis liberis facti, orbas sine posteris domos relinquebant. ⁸⁰ Non enim, vt olim, vniuersæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & sui cuiusque ordinis militibus, vt consensu & caritate Remp. efficerent; sed ignoti inter se, diuersis manipulis; sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente

in

* abscessit.
Cap. 27.
Laodicea
terramotus
afflicta.

Colonia in
Italiâ de-
ducta:
Non cum
effectus.

B Quod dicam non habeo, nisi si scripsit Tacitus, ad litora maris sui. Nam Tacitum vt imperitiæ accusam, durum improbumq; sit: & mea ista lectio haud ab re sit, ex Armeniâ cum presidio, breui flexu, deductos ad mare, iuxta, quod habitabant. Supra Euphratem igitur inierint, per montana & finitima Iberiæ ad suum mare.

77. PARS NIPOLIQUE.] Latet in corruptione nomen alicuius regis. Forte, Thracscypolique. qui dynasta alibi in finitimis Armeniæ locis.

78. PUTEOLI IUS COLONIAE.] Puteoli, ais, adipiscuntur ius coloniae? Ego verò aduocationem peto, vt deliberem. Nonne enim iam pridem id opidum eo iure? Liqueat ex Liuius, Velleioq;, qui coloniam Puteolis deductam volunt anno vrbis DLX. P. Scipione Africano II. Ti. Sempronio Cos. Sed & lapides testantur hodie: AB. COLONIA. DEDUCTA. ANNO. XC. & AEDILIS. COLON. PUTEOLANORVM. & GENIO. COLONIAE. PUTEOLANORVM. An colonis eorumq; posteris intermortuis, colonia esse desit? an tempore interiecto transit ad municipale ius? Ciceronis certè euo municipium fuit, non colonia. Oratione pro M. Celio: Nam quod est obiectum municipibus adolescentem non esse probatum suis, nemini vniquam præsentis Puteolani maiorem honorem habuerunt, &c. Concutit me tamen iterum Frontinus in Catalogo coloniarum, cuius verba è manuscripto. Puteoli, colonia Augusta. Augustus deduxit. ex vno latere iter populo debetur ped. xxx. Ager eius in iugeribus veteranis & Tribunis legionarijs est assignatus. Colonia ergo adhuc recenti euo. Re-creat Agellus lib. XVI. cap. XIII. qui ostendit sæpè commutari solere colonias in municipia, & contrà.

Nisi tamen Cornelij verbis ea vis, vt velit vniuersum opidum incolasq; (plures autem inquilini eius loci, ob commercia & mare) præter eos qui restabant ex colonis Augusteis, colonico iure donatos. Et sanè duplex hoc genus hominum in colonijs fuisse, è Cicerone clarum, pro Sullâ: vbi disidia etiam inter Pompeianos (ij erant ciues veteres) colonosq;, recenset. Quem vide. Alterum horum nisi sit, tu videris: mea in his salebris heret nauis.

ADD. Placet eruditissimo nostro Pighio truncum locum esse, ob causas ipsas quas in Commentario dixi. Itaque supplet voce additâ, Puteoli nouum ius coloniae. * Ipsum vide. Nam nos sententiâ nostrâ non demouemur, quam in extremâ Notâ posuimus, de toto opido in coloniae ius nunc translato.

79. NEQUE CONIUGIIS SVSCIPIENDIS.] Milites itaque olim sine vxore vt apparet. nec ritu, sed

lege id vetitum ait Dio lib. LX. Τοῖς στρατοῦσιν ἐπειδὴ γυναικῶν οὐκ ἔδωκετο ἐκ τῶν νόμων ἔχειν, τὰ ἴσα γυναικῶν διακρίματα ἔδωκε. id est: Militibus quoniam ex legibus vxorem habere non poterant, iura indulgit maritorum. Resoluisse hoc ius Seuerus Imp. videtur, si rectè capio Herodianum libro III. Τοῖς στρατοῦσιν, inquit, πολλὰ σωμαχόρησε, ἀ μὴ ἀποτρέγει εἶχον. Καὶ δακτυλοῖς χρυσοῖς χρυσάδι ἐπέβησε, γυναικῶν τε σωμαχῶν. Certè enim de coniugio legitimo capiendum videtur. quia contubernij militibus, opinor, semper ius. A Iunone arcebant eos, non à Venere Romane leges. Testis Liuius libro XLIII. qui quattuor millia hominum à Senatu petisse opidum vbi habitarent, ait: qui nati in Hispanijs ex militibus Romanis, & mulieribus Hispanis, cum quibus nullum connubij ius. Imò peregrini milites, id est, non ciues, non amicas modò habuisse videntur, sed vxores. nisi me inducant frustra tabule Vespasiani & Domitiani euo: quibus insculptum ciuitatem datam militibus è classe Rauennate & cohortis III. Alpinorum, itemque concubium cum vxoribus, quas tunc habuissent cum est ciuitas eis data, aut quas postea duxissent. Tamen pugnat in eam sententiam Tertullianus, qui suo etiam euo celibes fuisse milites ostendit. Aeuum autem eius, sub Seueri. ait in exhortatione ad Castitatem: Scilicet solis maritorum domibus bene est? Perierunt cælibum familiarum, spadonum, militum, aut peregrinantium sine vxoribus? Non enim & nos milites sumus? Seueri ergo permissus aut ad Prætorianos tantum pertinuit: aut verba arte capienda, vt tantum permiserit σωμαχῶν γυναικῶν, cohabitare feminis, sed eodem tecto agere. & contubernales habere, non legitimas vxores. Sed non repugnat, inquit, toti huic sententiæ Liuius, qui disertè vxores militibus attribuit? Vt ecce libro XXI. in Scipionis exhortatione ad milites: Vnusquisque se non corpus suum, sed coniugem ac liberos armis protegere putet. Et alibi. Respondeo. Temporaneam tunc (bello Punico secundo) militiam fuisse, nec legibus suis, vt postea, deuinctam. Capiabantur, mittebanturq; milites, non pro stipendiorum tempore, sed bellorum. At perpetuâ & firmâ xxv. annorum militiâ institutâ, hoc quoque inductum de calibatu. Sanè etiam Iurifconsulti hac causâ, causam soluendi matrimonij militiam numerant. L. LX. Bonâ gratiâ dissolui matrimonium illud dicitur, quod propter sacerdotium, sterilitatem, valetudinem, militiam, retineri non potest.

80. NON ENIM, VT OLIM, VNIVERSÆ LEGIONES.] Exprimit deductionem veterem Hyginus:

* In Hercule
Proditio.

Cap. 28.
De appella-
tionibus lex.

Vibius Se-
cundus dam-
natus.

Cap. 29.
A. V. C.
DCCCXIV.
Res Britan-
nica.

Verannius in
eâ moritur.
*prouinciam
Suetonius
Paullinus
succellit.

Qui Monam
ingreditur.

Cap. 30.
Viri femi-
narum, occur-
runt.

in vnum collecti, numerus magis quam colonia. Comitia pratorum arbitrio senatus A
haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, princeps composuit, tris qui supra nume-
rum petebant, legioni præficiendo. Auxitque patrum honorem statuendo, vt qui ⁸¹ à
priuatis iudicibus ad senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cu-
ius ij qui Imperatorem appellauerunt, nam antea vacuum id, solutumque pœnâ fuerat. Fi-
ne anni Vibius Secundus eques Romanus, accusantibus Mauris repetundarum damna-
tur, atque Italiâ exigitur: ⁸² ne grauiore pœnâ afficeretur, Vibij Crispi fratris ⁸³ fauore
enixus. Cesonio Pæto, Petronio Turpiliano Coss. grauis clades in Britannia accepta.
In quâ neque ⁸⁴ Auitus legatus, vt memorauimus, nisi parua retinuerat; & successor Veran-
nius, modicis excursibus ⁸⁵ siluas populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohi-
bitus est: magnâ dum vixit feueritatis famâ, ⁸⁶ supremis testamenti [verbis] ambitionis
manifestus. quippe multâ in Nerone adulatione addidit, subiecturum ei *prouinciam
fuisse, si biennio proximo vixisset. Sed tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos, B
scientiâ militiæ & rumore populi, qui neminem sine æmulo finit, Corbulonis concer-
tator: receptæque Armeniæ decus æquare domitis perduellis cupiens. ⁸⁷ Igitur Mo-
nam insulam incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, nauesque fa-
bricatur plano alueo, aduersus breue litus & incertum. Sic pedites: equites vado secuti,
aut altiores inter vndas, adnantes equis transmisere. Stabat pro litore diuersa acies,
densa armis virilque, intercurstantibus feminis: in modum Furiarum, veste ferali, cri-
nibus deiectis, faces præferebant. Druidæque circum, preces diras sublatis ad cælum
mani-

ginus: Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tyrocini gradu peruenire. Nam cum signis & aquilâ & primis ordinibus ac tribunis deducebantur.

81. A PRIVATIS IUDICIBVS AD SENATVM.] *Lucis causâ, rem appellationum à capite deduxi ad hoc Neronis æuum, in EXCVRS. C. atque illinc lucem istis pete.*

82. NE GRAVIOR POENA AFFICERETVR.] *An ergo in crimine repetundarum pœna grauior, quàm relegatio? Attentè legas. quia nec relegatio quidem. Olim sanè exsilium fuit, & estimatio, vti Asconius notat in Verrem, & Cicero subindicat non semel: sed secuta lex Iulia immutauit. Ex eâ pœnam fuisse adfirmo, Amissionem ordinis, & estimationem: nihil ultra. id est, qui damnatus eo crimine esset, Senatu moueretur, & iudices acciperet ad estimandam litem. Docet Suetonius in Iulio, cap. XLIII. Repetundarum conuictos, etiam ordine Senatorio mouit. Sed & hauries ex Tacito infra: Exin à Cossutio Capitone, qui nuper Senatorium ordinem precibus Tigellini foci sui reciperauerat. Is autem repetundarum lege damnatus, lib. XIII. Et I. Hist. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio aut Nerone ceciderant. Apertius ex Plinio lib. II. epist. vbi Marius Priscus, accusantibus Afris, sponte Senatu abiit, & iudices petijt, omisâ defensione: scilicet quasi eâ ratione satisfactum legi. & lib. IV. cum Bassum Bæbius Macer lege repetundarum teneri censuisset; mitigans Capio, saluâ dignitate iudices dandos pronuntiauit. id est, vti in Senatu remaneret, factâ saltem estimatione. Vide Epistolas ipsas, & volens fauebis sententiæ huic. Ab hac re Suetoniani verbis lumen, Othonis cap. II. Tantum potentia, inquit, valuit, vt damnatum repetundis consularem virum, priusquam planè restitutionem ei impetrasset, non*

dubitarit in Senatum ad agendas gratias introducere. *Motus enim ille quicumque Senatu erat: sed Otho quasi planè restitutum in Senatum introduxit. Hac ergo ordinaria pœna: sed grauius & plerumque extra ordinem in id crimen animaduersum, pro delicti modo. Atque ea Macri mens leg. VII. Ad leg. Tul. re- C
pet. Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur. & plerumque vel exsilio, vel etiam durius, prout admiserint. quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel interfecerint innocentem? Eademque ratione Plinius scripsit, excessisse Priscum immanitate & sæuitiâ crimina, quibus dari iudices possent, cum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset. lib. II. epist. XI. Nec aliter capies, quod hic Vibius relegatus est: exsilij etiam pœnam meruit, nisi frater intercessisset. sicut & lib. III. Annal. C. Silano proconsuli Asia repetundarum damnato, aquâ atque igni interdictum, ob insignem scilicet sæuitiam.*

31. FAVORE ENIXVS.] *Quidam libri, opibus enixus.*

84. AVITVS LEGATVS, VT MEMORAVI.] *At qui A. Didium eum vocauit l. XII. & Didium Gallum in Agricola vitâ. Vt ambigere possis num rescribend. D
A. Didius. Plura tamen cognomina habere potuit, more sui seculi.*

85. SILVAS POPVLATVS.] *Emendo, Siluras populatus. cum eâ enim Britannia gente tunc maximè bellum. Consule Tacitum lib. XII.*

86. SUPREMIS TESTAMENTI VERBIS.] *Glossematium istò, verbis. & statim, subiecturum ei prouinciam fuisse, lego: capioque, Britanniam ipsam quæ nondum perdomita.*

87. IGITVR MONAM INSVLAM.] *Credo hunc locum esse, quem aspexit Iornandes in Gothicis: In extrema Britannia parte Memma, quam Cornelius Annalium scriptor narrat. Corripo enim, Mona.*

88. CRVO-

A manibus fundentes, nouitate aspectus perculere militem; vt quasi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein cohortationibus ducis, & se ipsi stimulant, ne muliebri & fanaticum agmen pauescerent; inferunt signa, sternuntque obuios, & igni suo inuoluunt. Præsidium posthac impositum * vicis, excisiq; luci, sæuis superstitionibus sacri. Nam ⁸⁸ cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris consulere deos fas habebant. Hæc agenti Suetonio, repentina defectio prouinciæ nuntiatur. Rex Icenorum Prasutagus, ⁸⁹ longâ opulentiâ clarus, Cæsarem heredem duasq; filias scripserat; tali obsequio ratus regnum & domum suam procul iniuriâ fore. quod contra vertit. adeo vt regnum, per centuriones; domus per seruos, velut capta, vastarentur. Iam primum vxor eius ⁹⁰ Boodicia verberibus affecta, & filia stupro violata sunt. Præcipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, auitis bonis exuuntur, & propinqui regis inter mancipia habebantur. Quâ contumeliâ & metu grauiorum (quando in formam prouinciæ cesserant) rapiunt arma, commotis ad rebellionem Trinobantibus, & qui alij nondum ⁹¹ seruitio assuefacti, resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camalodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, captiuos, seruos appellando: fouentibus impotentiam veteranorum militibus, similitudine vitæ, & spe eiusdem licentiæ. Ad hæc ⁹² templum diuo Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis aspiciabatur: ⁹³ dilectiq; sacerdotes, specie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, excindere coloniam nullis munimentis septam: quod ducibus nostris parum prouisum erat, dum amcenitati prius quam vsui consulitur. Inter quæ nullâ palam causâ delapsum. Camaloduni simulacrum victoriæ, ac retro conuersum, quasi cederet hostibus. Et feminae in * furore turbatae, adesse exitium canebant. ⁹⁴ Externosq; fremitus in curiâ eorum auditos, consonuisse vlulatibus theatrum, ⁹⁵ visamq; speciem in æstuario, notam esse subuersæ coloniae. Iam Oceanum cruento aspectu: dilabente æstu, humanorum corporum effigies relictas, vt Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahebant. Sed quia procul Suetonius aberat, petiuere à Cato Deciano procuratore auxilium. Ille haut amplius quam ducentos sine iustis armis misit: & inerat modica militum manus, tutelâ templi freti. Et impredientibus qui occultè rebellionis consilij consilia turbabant, neque fossam aut vallum præduxerunt, neque motis senibus & feminis, iuuentus sola restitit: quasi mediâ pace incauti, multitudinè barbarorum circumue-

Sternunt.

Præsidium accipiunt. * vicis.

Cap. 31. Britannia quâ occasione defecerit.

Rapina Romanorum.

Trinobantes rebellant.

Claudij templum.

Cap. 32.

Prodigia claudis Romana nuncia. * furorem

Veterani auxilium petunt. Parcè mittitur.

38. CRUORE CAPTIVO ADOLERE ARAS.] De hac Britannis, Gallis, Germanis communi immanitate, dicam ad libellum De moribus Germaniae.

89. LONGA OPULENTIA CLARVS.] Scribo longè. vt sit, longè notum clarumq; fuisse, propter opes. Icenæ autem in libris scriptis, Tigeni sunt.

90. BOODICIA.] Dioni, Boudicea est: Tacito infra, Boudicea; in vitâ Agricola, Voadica, scriptum. Est illa, quàm perplexè Gildas, Leannam dolosam, appellat, quæ rectores sibi relictos trucidauit.

91. SERUITIO ASSUEFACTI.] Scripta, veraq; lectio, seruitio facti.

92. TEMPLVM DIVO CLAVDIO.] De eo Seneca in Menippæa: Parum est quod templum in Britannia habet, quod nunc (lego, hunc) barbari colunt & vt deum orant. Quod in Tacito est, ara dominationis, libenter scripserim, ara, quasi id templum pignus & arrabo æternæ seruitutis. Quamquam & Aras sanè habuisse Claudium in Britannia fateor: Poëta eius aui ad ipsum:

Oceanusque tuas vltra se respicit aras.

Qui finis mundo est, non erit imperio.

Nec tamen hic in Tacito, Templum ideo rectè dixeris Aram.

93. DILECTIQUE SACERDOTES.] Legabantur enim Pontifices Flaminesq; Claudio, ex prouincialibus ipsis: quibus in sacra victimasq; eius diui multi faciendi sumptus. Vide Arriani verba, quæ adduxi lib. 1

94. EXTERNOSQUE FREMITVS IN CVRIA EORVM AUDITOS, CONSONVISSÈ VLVLATIBVS THEATRVM.] Prodigia eadem recenset Dio: Εὐ τὸ τὸ βαλδύτνεια θρῆς νυτὸς βαρβαρῶν μετὰ γέλωτος, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ θόρυβος μετ' οἰμωγῆς ἐξήκουετο: E curiâ sonitus barbaricus nocte cum risu auditus, & è theatro tumultus cum vlulatu.

95. VISAMQUE SPECIEM IN ÆSTVARIO.] Quam speciem? aliquid deest, aut latet. In Dione hoc editur, statim post illa dicta: Οὐκία τὸ πνεῦ ἐν τῷ Ταμῖσῳ ποταμῷ ἐφύδῃ ἐωρῶντο: Domus etiam aliqua in Tamesi sub aquis erant visæ. Ergo legebam: visamq; ædium speciem. Sed enim uero Pichena in Florentino esse asserit: in æstuario tam esse subuersæ coloniae. Itaque nihil verus, quàm quod sentit, Tamesæ scribendum. Nimirum species subuersæ coloniae, quæ apparuerat, signum erat euertendæ: & hæc sunt istæ Dionis ades, sed subuersæ, dirutæ, incensæ.

Sed colonia
capta, &
ipsi caesi.
Legio fusa.

Cap. 33.
Suetonius
auxilio ac-
currit e
Monâ.
Londinium
venit:
Non mansit,
sede parum
tuta

Verulamium
Britanni ca-
piunt.
Magna Ro-
manorum
ubique ca-
des.

Cap. 34.
Suetonius de
re summâ
aleam iacit.

Acie in-
struit:
Et Britanni
contra.

Cap. 35.
Quibus fe-
mina dux.
Ea suos
acuit:

Cap. 36.
Et Suetonius
suos:

cumueniuntur. Et cetera quidem impetu direpta, aut incensa sunt: templum, in quo se A
miles conglobauerat, biduo obsessum, expugnatumque. Et victor Britannus⁹⁶ Pæto
Ceriali legato legionis nonæ in subsidium aduentanti obuius, fudit legionem, & quod
peditem interfecit: Cerialis cum equitibus euasit in castra, & munimentis defensus est.
Quâ clade & odijs prouinciæ, quam auaritiâ in bellum egerat, trepidus procurator Catus
in Galliam transijt. At Suetonius mirâ constantiâ medios inter hostes⁹⁷ Londinium
perrexit, cognomento quidem coloniæ non insignis, sed copiâ negotiatorum & commea-
tuum maximè celebre. ibi ambiguus an illam sedem bello diligeret, circumspectâ infre-
quentiâ militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilij coërcitam, vnius opi-
di damno seruare vniuersa statuit. Neque fletu & lacrymis auxilium eius orantium fle-
xus est, quin daret protectionis signum, & comitantes in partem agminis acciperet. Si
quos imbellis sexus, aut fessa ætas, vel loci dulcedo attinuerat; ab hoste oppressi sunt. Ea-
dem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari ommissis castellis præsidijque mili-
tarium, quod vberimum spoliant,⁹⁸ & deferentes in tutum, læti prædâ, & aliorum in- B
signes petebant. Ad⁹⁹ septuaginta milia ciuium & sociorum, ijs quæ memorauimus locis,
occidisse constitit. Neque enim capere aut venundare, aliudve quod belli commercium;
sed cædes,¹⁰⁰ patibula, ignes, cruces,¹⁰¹ tamquam reddituri supplicium, ac præreptâ in-
terim vltione festinabant. Iam Suetonio quartadecima legio cum vexillarijs vicesima-
rijs, & è proximis auxiliaries, decem fermè milia armatorum erant: cum omittere con-
tationem, & congregi acie parat. diligitque locum artis faucibus, & à tergo fluuâ clau-
sum; satis cognito, nihil hostium nisi in fronte, & apertam planitiem esse sine metu in-
fidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, leui circum armaturâ conglobatus, pro
cornibus eques affitit. At Britannorum copiæ passim per cateruas & turmas exultabant,
quanta non aliâs multitudo, & animo adeo fero, vt coniuges quoque testes victoriæ se-
cum traherent, plaustrisque imponerent, quæ super extremum ambitum campi posue-
rant. Boudicea curru filias præ se vehens, vt quamque nationem accesserat: *Solitum qui-
dem Britannis feminarum ductu bellare testabatur; sed tunc non vt tantis maioribus ortam re-
gnum & opes, verum vt vnâ è vulgo, libertatem amissam, confectum verberibus corpus, con-
trectatam filiarum pudicitiam vlscisci. eò prouectas Romanorum cupidines, vt non corpora, nec
senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquunt. Adesse tamen deos iustæ vindictæ. ceci-
dissent legionem, quæ prælium ausa sit: ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Ne strepi-
tum quidem & clamorem¹⁰² tot milium, nedum impetus & manus perluros. Si copias arma-
torum, si causas belli secum expenderent; vincendum illâ acie, vel cadendum esse. Id mulieri
destinatum: viuerent viri, & seruirent.* Ne Suetonius quidem in tanto discrimine sile-
bat. qui quamquam confideret virtuti, tamen exhortationes & preces miscebat. *Vt*
103 sper-

96. PÆTO CERALI.] Scribe, Petilio. Ita enim
statim dicitur: estq; ille qui bellum Germanicum sub
Vespasiano administravit.

97. LONDINIUM COPIA NEGOTIATORVM.]
Etiam hodie. eog; nomine Princeps Britannie vrbs.
Commeatum proprie accipit, vt Suetonius, Neronis
cap. xx. Alexandrini qui de nouo commeatu
Neapolim confluxerant: Grecis κατάπωλες. Am-
mianus libro xxvii. de hac vrbe: Londinium ve-
tus opidum, quod Augustam posteritas appel-
lauit.

98. ET DEFERENTES IN TUTVM.] Repone le-
ctionem scriptam, & defendentibus intutum. que
in primâ recensione, meâ culpâ me fugit. Cetera etiam
Mercerus ingeniosè sic concinnat: quod vberri-
mum spoliandi, & defendentibus intutum, læti
prædâ & aliorum segnes, petebant. Alacres ad præ-
dam, segnes ad cetera. Mibi tamen probaretur, & la-
borum segnes.

99. SEPTVAGINTA MILIA CIVIVM.]
At Dio in pleraque hac historiâ Taciti velut inter-
pres, perisse ait, μυριάδας ὄρω τῶν τε Ρωμαίων κῆ
τῶν συμμαχῶν ἰωτῶν. vt hic LXXX. fortasse verior
scriptura sit.

100. PATIBVLA, IGNES, CRUCES.] Diuersa hæc
igitur, Patibula & Cruces? quodam sensu. Patibulum
enim proprie, in quo suffixus homo expanditur,
transuerso tamen ligno. Crux verò etiam, cum is ere-
cto simpliciq; stipiti adfigitur, siue infigitur: diximus
abundè in libellis De Cruce.

101. TAMQVAM REDDITVRI SVPPLICIVM.]
Potius, reddituris.

102. TOT MILIVM.] Fuisse enim in acie hostili
δῶδεκα μυριάδας, id est, centum viginti millia ho-
minum, Dio annotauit. Noster omisit, vt pleraque alia,
in hac narratione: non incuriâ aut culpâ suâ, sed, quod
facile odorere, librorum exscriptorumve; qui hos
libros pessimè admularunt.

A 103 *Spernerent sonoras Barbarorum, & inanes minas. plus illic feminarum quam iuventutis aspi-
ci. imbelles, inermes, cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincuntium, toties fusi agnouissent.
etiam in multis legionibus paucos esse qui praelia profigarent. gloriaeque eorum accessurum, quod
modica manu, uniuersi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum, & pilis emissis, post um-
bonibus & gladijs stragem caedemque continuarent, praeda immemores. parta victoria, cuncta ipsis
cessura.* Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus mi-
les & multam praeliorum experientiam, ut certus euentus Suetonius, daret pugnae signum.

*Sperae valde
promptos.*

Ac primum legio gradu immota, & angustias loci pro munimento retinens, postquam
104 propius suggestus hostis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxi-
liarium impetus: & eques protentis hastis, perfringit quod obuium & validum erat. Ce-
teri terga praebere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula seferant abitus. Et miles
ne mulierum quidem neci temperabat. confixaque telis etiam iumenta, corporum cu-
mulum auxerant. Clara & antiquis victorijs par eadem die laus parta. quippe sunt qui pau-

Cap. 37.

*Romans
excipiunt
hostem:
Inde inua-
dunt:
Fundant in-
signi victo-
ria.*

B lominus quam octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis
ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boudicea 105 vitam veneno finiuit. Et
Poenius Postumus praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecimanorum
vicefimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudauerat, abne-
ratque contra ritum militiae iussa ducis, se ipsum gladio transegit. Contractus dein-
de omnis exercitus, sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque co-
pias Caesar, missis e Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum co-
hortibus, ac mille equitibus: quorum aduentu, nonani legionario milite suppleti sunt.
Cohortes alaeque nouis hibernaculis locatae, quodque nationum ambiguum aut aduer-
sum fuerat, igni atque ferro vastatur. Sed nihil aequum quam fames affligebat ferendis fru-
gibus incuriosos, & omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant,
gentesque praeferoce tardius ad pacem inclinant: quia Iulius Classicianus successor Ca-
to missus, & Suetonio discors, bonum publicum priuatis simultatibus impediabat. di-

*Boudicea se se
interimit
Et alia de
causa can-
nus.*

Cap. 38.

*Aucta vi-
trices copia
a Caesare.*

*Suetonius
victoria
vtebatur.*

*Nisi procura-
tor Caesaris
impedisset.*

C spereratque, nouum legatum opperendum esse, sine hostili ira & superbia victoris cle-
menter deditis consulturum. Simul in urbem mandabat, 106 nullum praelio finem ex-
spectarent, nisi succederetur Suetonio. cuius aduersa, prauitati ipsius; 107 prospera, ad for-
tunam Reip. referebat. Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est ex libertis
Polycletus, magna Neronis spe, posse auctoritate eius, non modo inter legatum procu-
ratoremque concordiam gigni; sed & rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec
defuit Polycletus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque grauis, postquam Ocea-
num transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit,
apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat.
mirabanturque, quod dux & exercitus tanti belli confector seruitijs obedirent. Cun-
cta tamen ad Imperatorem in mollius relata. Detentusque rebus gerendis Suetonius,
quod post paucas naues in litore, remigiumque in ijs amiserat, tamquam durante bello
tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non irri-
tato hoste; neque lacesitus, honestum pacis nomen segni otio inposuit. Eodem
anno Romae insignia scelera, alterum senatoriam, seruili alterum audaciam, admissa sunt. Do-

Cap. 39.

*Polycletus in
Britanniam
venit arbi-
ter.*

*Non sine
irrisu hostium.*

*Turpilianus
succedit Sue-
tonio.*

Cap. 40.

D mitius Balbus erat praetorius, simul longam senectam, simul orbitam & pecuniam infidijs ob-
noxius. Eius propinquus Valerius Fabianus capessendis honoribus destinatus, subdidit
testamen-

*Roma viro
diuiti tabula
subiecta.*

103. SPERNERENT SONORAS BARBARORVM.] *Vatic. sonores. atque ita scripsisse Tacitum pertendo. Alibi. honorem alterius praelii non audirent.*

104. PROPRIUS SVGGRESSVS HOSTIS.] *Certitudo haec iactuum non videtur ad hostes referenda (paucissimi enim e Romanis cecidere, ut addit) sed ad ipsos Romanos: ideoque legam, suggestis hostibus: atque ea veritas.*

105. VITAM VENENO FINIUIT.] *Dio, morbo.*

Ἰστορίας, αἰτ, ἐν τέρτῳ τῆς Βουδέτης βίῳ.

106. NULLVM PROELIO FINEM.] *A' νεγοε, legem, bello: aut certe, praeliorum.*

107. PROSPERA, AD FORTVNAM REIP.] *In Rom. edit. legas, prospera fortunae. At sententia tota sumpta a Sallustio: cuius Fragmentum in similes calumniatores: Ad haec, rumoribus, aduersa in prauitatem; secunda, in casum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant.*

testamentum, ascitis ¹⁰⁸ Vicio Rufino & Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi A
¹⁰⁹ Antonium Primum & Asinium Marcellum sociauerant. Antonius audaciâ prom-
 ptus, Marcellus Asinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur,
 nisi quòd paupertatem præcipuum malorum credebatur. Igitur ¹¹⁰ Fabianus tabulas ijs
 quos memorauit, & alijs minus illustribus, obsignat. Quod apud patres conuictum. Et
 Fabianus Antoniusque cum Rufino & Terentio ¹¹¹ lege Corneliâ damnantur. Mar-
 cellum memoria maiorum, & preces Cæsaris, pœnæ magis quàm infamiæ exemere.

Falsari
damnati.

Cap. 41.

• Perculit is dies Pompeium quoque Ælianum iuuenem quæstorium, tamquam flagi-
 tiorum Fabiani gnarum: eique Italiâ, & Hispaniâ, in quâ ortus erat, interdictum est Pari
 ignominiâ Valerius Ponticus afficitur, quòd reos, ne apud præfectum vrbs arguerentur,
¹¹² ad prætorem detulisset; interim specie legum, mox præuaricando vltionem elusu-
 rus. Additur senatusconsultum: QVI TALEM operam emti asset, vendidissetve, ut per
 inde pœnâ teneretur, ac si publico ¹¹³ iudicio calumniæ condemnatus. Hanc multo post præ-
 lectum vrbs Pedanium Secundum seruus ipsius interfecit: seu negatâ libertate, ¹¹⁴ cui B
 pretium pepigerat; siue amore exoleti infensus, & dominum æmulum non tolerans. Ce-
 terum ¹¹⁵ cum veteri ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat,
 ad sup-

Lex Corne-
lia intentæ.
Cap. 42.
Præfectus
vrbs à seruo
decisus.

108. VICIO RUFINO.] Vett. Vincio.

109. ANTONIUM PRIMVM.] Illum qui postea
 acerrima fax Vespasiano ad civile bellum: cuius multa
 in Histor. libris mentio.

110. FABIANVS TABVLAS IIS.] Manuduxit
 me ad veram hanc lectionem Vaticanus, qui Tabula-
 riijs, refert. Reliqui omnes, Tabularijs. Quantillus
 error, quantas tenebras? Nam Icti nostri miserè tor-
 quentur in Tabularijs istis ernendis. Alciatus eos pu-
 tat, quos nunc Tabelliones vocamus: contra Ferretus
 obsignatores & scriptores testamenti. Vertrianus po-
 stremo, tamquam cornicum oculos, rescribendum cen-
 set: Fabianus tabularius ijs.

111. LEGE CORNELIA DAMNANTVR.]
 Id est, ordine Senatorio mouentur. Nam quamuis legis
 Cornelia ordinaria pœna deportatio sit, & honorum
 publicatio: tamen in honestioribus submotio etiam or-
 dinis admissa est. Tacitus lib. II. Histor. Primus An-
 tonius legibus nocens, & tempore Neronis falsi
 damnatus, inter alia belli mala senatorium ordi-
 nem reciperauerat. Paullus libro v. Sentent. Hi qui
 falsum vel alia testimonia dixerunt, aut in exi-
 lium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curiâ
 submouentur.

112. AD PRÆTOREM DETVLISSET.] Quem
 Prætozem? urbanumne? Non opinor. nec enim eius
 in crimine cognitio. Olim sanè proprius pecularisq;
 Prætor, qui constitutus Quæstionibus perpetuis cog-
 nosceret de Falso. Eum hic intellegi credo. Etsi enim
 pleraque iudicia in Senatu aut apud Præf. vrbs, &
 Prætorum potestas imminuta: mansit tamen, opinor,
 veteris ritus imago quædam & umbra. quam Ponti-
 cus hic pro re amplexus, non sine suâ fraude. At Præ-
 fectum vrbs omnia crimina omnino sibi vindicasse
 ab Vlpiano traditum est, lib. I. De offic. Præf. vrbs;
 non quidem ab Augusto, (falluntur qui id censent;
 & Augustus ius tantum ei dedit in seruos; & quod
 ciuium audaciâ turbidum nisi vim metuat) sed cre-
 scente paulatim, concessu Principum ut solet, nouâ
 potestate.

113. IVDICIO CALVMNIÆ CONDEMNATVS.]
 Eum qui præuaricatus sit, qui ve præuaricatorem eme-
 rit, fecerit: punit hoc Sc. calumniæ pœnâ. Ea est talio,

& infamia, uti colligas ex l. penult. & l. IV. De præ-
 uaricat.

114. CUI PRETIUM PEPIGERAT.] Moribus
 receptum uti seruus interdum cum domino quasi pa-
 cisceretur in certum pretium: quod si exsoluisset, liber
 esset. Id pretium è peculio serui, vel aduentitio lucro.
 Seneca in Epistolis: Mancipia quoque conditionis
 extremæ & in his sordibus nata omni modo exue-
 re conantur seruitutem; peculium suum, quod
 comparauerunt ventre fraudato, pro capite nu-
 merant. Virgilius è respiciens:

Nec spes libertatis erat, nec cura peculî.
 Et vetus sanè ille mos, cuius vestigia plura in Plauto.
 ut Asinaria, Strobilus repertò thesauro.

Quin ego illi inuenisse me hanc prædam dico,
 atque eloquor?

Igitur orabo ut manu me mittat, ibo atque
 eloquar.

Gripus seruus, Rudente:

— ad herum veniam doctè atque astutè,
 Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum,
 ut sim liber.

Et clarius in Cassinâ:

Quid istâ tu me libertate territas?
 Vobis inuitis atque amborum ingratis,
 Vnâ libellâ liber possum ego fieri.

Quod non aliter intellegendum, quàm ut cum hero-
 iam antè pactus fuerit in libram. Et in hanc senten-
 tiâ scripsit Hermogenianus aduersus dominum con-
 sistere seruis licere, si qui suis nummis redemptos se,
 & non manumissos contra placiti fidem adseue-
 rent. L. LIII. De iudicijs. Item Vlpianus, Qui se dicit
 suis nummis redemptum, si hoc probauerit, exin-
 de liber erit ex quo redemptus est. Interdum verò
 imaginaria quædam emptio, interpositâ personâ tertiâ,
 adhibebatur, de quâ l. IV. De Manumission. Quod si do-
 minus non seruaret fidem, querela seruo Rome apud
 Præf. vrbs, apud Præsidem in prouincijs ex constitutio-
 ne Diuorum fratrum fuit l. v. De Manumission.

115. CVM VETERE EX MORE.] Benè, ve-
 teri ex more. Nam etiam liberâ rep. id obtinuit, ex epi-
 stolâ Seruij Sulpicij de cæde Marcelli: Ego tamen ad
 tabernaculum eius perrexi: inueni duos libertos &
 pauculos

A ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat vsque ad se-
ditionem ventum est: ¹¹⁶ senatusque, in quo ipso erant studia nimiam seueritatem asper-
nantium, pluribus nihil mutandum censentibus. Ex quibus C. Cassius sententiæ loco in
hunc modum disseruit. *Sæpenumerò P. C. in hoc ordine interfui, cum contra instituta* ^{Cap. 43.}
leges maiorum noua senatus decreta postularentur, neque sum aduersatus. non quia dubitarem su-
per omnibus negotijs melius atque rectius olim prouisum, & quæ conuerterentur in deterius mu-
tari; sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere uiderer. Simul quidquid hoc in
nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret inte-
grum, si quando Respublica consilijs eguisset. quod hodie euenit, consulari viro domi suæ interfe-
cto, per insidias seruiles; quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis nondum concusso senatus-
consulto, quod supplicium toti familiæ minitabatur. Decernite herculè impunitatem. At quem di-
gnitas sua defendet, cum præfectura Urbis non profuerit? Quem numerus seruorum tuebitur, cum
Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem feret, qua ne in metu qui-
dem pericula nostra aduertit? An ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus est inter-
fector? ¹¹⁷ *quia de paternâ pecuniâ transegerat, aut aurum mancipium detrahebatur? Pronun-*
tiemus ultro, dominum iure casum uideri. Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientio-
ribus deliberatum est. Sed & si nunc primum statuendum haberemus, creditis ne seruum interfi-
ciendi domini animum sumpsisse, ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloquere-
tur? Sanè consilium occuluit, telum inter ignaros parauit. ¹¹⁸ *num excubias transiret, cubiculi fo-*
res recluderet, lumen inferret, cadem patraret, omnibus nescijs? Multa sceleris indicia præueniunt
serui. Si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios; postremò si pereundum sit, non
multi inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuere ingenia seruorum, etiam cum in agris
aut domibus iisdem nascerentur, caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam verò na-
tiones in familijs habemus, quibus diuersi ritus, externa sacra aut nulla sunt, colluuiem istam non
nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt. Nam & ex fuso exercitu, cum decimus quis-
que fuste feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum,
quod contra singulos, utilitate publicâ rependitur. Sententiæ Cassij, ut nemo vnus contraire
aufus est, ita dissonæ voces respondebant, numerum, aut ætatem, aut sexum, ac pluri-
morum indubiam innocentiam miserantium. Præualuit tamen pars quæ supplicium
decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobatâ multitudine saxa ac faces mini-
tante. Tum Cæsar populum edicto increpuit: atque omne iter, quo damnati ad pœnam
ducebantur, militaribus præsidijs sepsit. Censuerat Cingonius Varro ut liberti quoque,
qui sub eodem tecto fuissent, Italiâ deportarentur. Id à Principe prohibitum est, ne mos
antiquus, quem misericordia non minuerat, per sæuitiam intenderetur. Damnatus ^{Cap. 46.}
iisdem consulibus Tarquitijs Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno
patrum gaudio, qui ¹¹⁹ *accusatum ab eo Statilium Taurum proconsulem ipsius me-*
minerant. Censu per Gallias à Q. Volusio & Sex. Africano, Trebellioque Maximo acti
sunt,

Igitur omnes
familiares
puniendi,
ex more.

Cap. 43.
Quem Cas-
sius rigidè
retinet.

Cap. 44.

Cap. 45.
Multi infra-
cum ibant:
Sed frustra.

Præsidio dis-
posito, omnes
interfecti.

Cap. 46.

Censu Gal-
liarum.

D pauculos seruos. reliquos aiebant profugisse me-
tu perterritos, quòd dominus eorum ante taber-
naculum interfectus esset. Hunc prisca seueritatis
ritum firmauit postea Sc. Silianum sub Augusto,
itemq; nunc Neronianum: de quibus Cuiacium vide
Obserrat. lib. i. cap. xviii. & lib. x. cap. xxxiii.
Addo ne feminas quidem immunes excipuasq; fuisse:
suasus Taciti infra verbis. Numerum, ætatem, aut
sexum miserantium. item rescriptio Hadriani l. i.
De Sc. Siliano.

116. SENATVSQVE, IN QVO.] Expeditior sen-
tentia, Senatuque in ipso.

117. QVIA DE PATERNA PECVNIA.] Abite
sinistræ manus: nihil mutandum. Eiectiones ista &
est ævns aioris, capienda sunt.

118. NUM EXCVBIAS TRANSIRET.]
Nocturnas ergo ad limen excubias seruorum habue-

runt domini potentiores. Quòd tu mihi Philologe ob-
serua. Quinctilianus Declamat. i. pro Cæco: Dicitur
cæcus sine rectore, sine duce, per inane longum,
per tot offensa limina, per excubantes seruos er-
rasse cum ferro: cubiculum deinde patris intrasse.
Idem Declamat. ii. pro Cæco: Tu sentis quando se-
nem vicerit lassitudo curarum. Scis pariter, an
vnà quiescentium fores vallauerit cura seruorum.
Apuleius lib. i. Pueros ablegat arbitrio nocturni
gannitus: qui alioqui de more procubabant. Silius li-
bro i. ad hunc ritum de Annibale:

Sæpè etiam famuli turbato ad limina somno
Expauère trucem per vasta silentia vocem.
Vide & Appianum in Catonis morte, & Tacitum in
Othonis.

119. ACCVSATVM AB EO STATILIVM TAV-
RVM.] Suprà lib. xii.

Cap. 47.

Memmy Reguli mors, & elogium.

Gymnasium Nero dedicat.

Cap. 48.

A. V. C. DCCCXV. Antistius Maestatis delatus.

De eo damnando variant.

Mitiora Thræsas censet.

Cap. 49.

Et obtinet.

Tamen ad Casarem refertur.

Ille ambiguè & iracundè respondet.

sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano: Trebellium dum vterque A dedignatur, supra tulere. Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate, constantiâ, fama, in quantum præumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus, adeò vt Nero æger valetudine, & adulantibus circum qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateretur; responderit habere subsidium Rempublicam. Rogantibus dehinc in quo potissimum, addiderit, in Memmio Regulo. Vixit tamen post hæc Regulus, quiete defensus, & quia nouâ generis claritudine, neque inuidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, ¹²⁰ præbitumque oleum equiti ac senatui Græcâ facilitate. ¹²¹ P. Mario, L. Asinio consulibus, Antistius prætor, ¹²² quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa aduersus Principem carmina factitauit: vulgauitque celebri conuiuio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin à Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini foci sui receperat, maiestatis delatus est. Tum primùm reuocata ea lex credebatur, quæ haut perinde exitium Antistio, quàm Imperatori gloriam quæsiuit, vt condemnatus à senatu, ¹²³ intercessione B tribuniciâ morti eximeretur. Et cum Ostorius nihil audiuisse pro testimonio dixisset, aduersis testibus creditum. Censuitque ¹²⁴ Iunius Marullus consul designatus, adimendam reo præturam, necandumque more maiorum. Ceteris inde assentientibus, Pætus Thræsea multo cum honore Cæsaris, & acerrimè increpito Antistio, *Non quidquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub Principe, & nullâ necessitate obstricto senatu, statuendum disseruit.* ¹²⁵ carnificem & laqueum pridem abolita: & esse pœnas legibus constitutas, quibus sine iudicum scuitiâ & temporum infamiâ, supplicia decernerentur. *Quin insulâ publicatis bonis, quo longius fontem vitæ traxisset, ¹²⁶ eo priuatim miserior, & publica clementiæ maximum exemplum futurum.* Libertas Thræseæ ¹²⁷ silentium aliorum rupit. Et postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis exemptis: in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque iurgio laceffens, & respondenti reticens, vt pauca ingenia solent. At consules perficere senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari. Ille inter pudorem & iram contatus, postremò rescripsit, C *nullâ iniuriâ prouocatum Antistium grauissimas in Principem contumelias dixisse. earum ultionem à patribus postulatam. Et pro magnitudine delicti pœnam statui par fuisse: ceterum se, qui seueritatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent vt vellent,* ¹²⁸ data

120. PRÆBITVMQVE OLEVM.] Si oleum populo tantum præbitum, nihil nouum aut Græcancum: præbitum autè P. Scipio, quem Aedilem dedisse congiunt olei in vicos singulos Liiuo credo lib. xxv. Dedit & C. Cæsar post victoriam Africanam. Τὸν τε δῆμον, inquit Dio, λαμπρῶς εἰσίασε, καὶ σίτον ἕξω τε τετραγώνῳ καὶ ἑλαίου δευτέρωθεν. Etiam M. Agrippa in Aedilitate oleum & salem, vt auctor idem Dio XLIX. Sed nemo eorum ad gymnasium, quod hic Nero. Plinius: Vsum olei ad luxuriam vertere Græci, in gymnasijs publicando. Adde Sueton. cap. XII.

121. P. MARIO, L. ASINIO COSS.] Nomen huius primi consulis corruptè legas in vetustâ Persij vitâ nuper cum Iuuenalis Scholiaste editâ. Decessit Persius VIII. Kalend. Decemb. Rubrio Mario, Asinio Gallo COSS. Scribe, Publio Mario, cui cognomen fuit, Celsus.

122. QVEM IN TRIBVNATV LICENTER EGISSE MEMORAVI.] Libro XIII.

123. INTERCESSIONE TRIBVNICIA.] Intercessione ipsius Cæsaris: qui ita clementiâ gloriam pararet.

124. IVNIVS MARVLLVS CONSVL DESIGNATVS.] Inter suspectos non dubiè Consules. Sed in hunc ipsum annum, Annæum Senecam &

Trebellium Maximum COSS. referunt viri docti in opere Fastorum: & loca sunt, quæ annuunt. Ausonius tamen in Panegyrico, Senecæ consulatum apertè detrahit: Diues Seneca, nec tamen consul, arguetur rectius quàm prædicabitur non erudisse indolem Neronis, sed armasse scuitiam. quo loco video esse qui negationem subtrahant, legantq;: Diues Seneca, tamen Consul.

125. CARNIFICEM ET LAQVEVM.] Respondent illi decreto, more maiorum necandum. Ex quo clarè discis, quid punire Tacito, more maiorum.

126. EO PRIVATIM MISERIOR.] Lego: eò priuatim miseriores: & sermonis textus ita postulat.

127. SILENTIVM ALIORVM.] Vett. seruitium. At velim consideres satini sana hac tota narratio sit. Antè prædixit, Tum primùm reuocata ea lex credebatur, quæ haut perinde exitium Antistio, quàm Imperatori gloriam quæsiuit, vt condemnatus à Senatu, intercessione Tribuniciâ morti eximeretur. Quid? condemnatusne Antistius à Senatu? Contra video. in insulam seponitur. Idem intercessione Cæsaris morti eximitur? Falsum, nec quidquam in totâ re quod Neroni clementiæ gloriam, scuitiæ potius inuidiam parere possit. Ego sanè æstuo: nec cuncum reperio huic nodo. Nisi placet cum Iosifâ Mercera

A ¹²⁸ datâ etiam absolventi licentiâ. His atque talibus recitatis, & offensione manifestâ, non ideò aut consules mutauere relationem, aut Thrasea decessit sententiâ, ceterive quæ probauerant deseruere: pars ne Principem obiecisse inuidiæ viderentur, plures numero tuti, Thrasea suetâ firmitudine animi, & ne gloria intercideret. Haut dispari crimine ¹²⁹ Fabricius Veiento conflictatus est, quòd multa & probrosa in patres & sacerdotes composuisset, ijs libris quibus ¹³⁰ nomen codicillorum dederat. Adiciebat Talius Geminus accusator, venditata ab eo munera Principis, & adipiscendorum honorum ius. quæ causa Neroni fuit suscipiendi iudicij. Conuictumque Veintonem Italiâ depulit, & libros exuri iussit, conquisitos lectitatosque donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi, obliuionem attulit. Sed grauescentibus in dies publicis malis, subsidia minuebantur. Concessitque vitâ Burrhus, incertum valetudine an veneno. Valetudo ex eo coniectabatur, quòd in se tumescentibus paulatim faucibus & impedito meatu, spiritum finiebat. Plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum **B** noxio medicamine asseuerabant: & Burrhum intellecto scelere, cum ad visendum Princeps venisset, aspectum eius auersatum, sciscitanti que hæcenus respondiisse, *Ego me bene habeo*. Ciuitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis, & successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia & adulteria. Quippe Cæsar duos prætorijs cohortibus imposuerat: Fenium Rufum ex vulgi fauore, quia rem frumentariam sine quæstu tractabat: ¹³¹ Sofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus, ¹³² ac quæ illi pro cognatis moribus fuere. Validior Tigellinus in animo Principis, ¹³³ ex intimis libidinibus assumtus. Prosperâ populi & militum

Cap. 50.
Veiento sive
li crimine
vocalus in
discrimen.

Is Italiâ
pulsus.

Cap. 51.
Burrhus
obijt, alterum
rei Rom.
fulcrum.
Cum suspi-
cione Cæsa-
riani veneni.

Duo Præ-
tori prætorio:
Fenium Ru-
fus:

Et Tigelli-
nus.

Mercero elegantissimo iuuenum legi, quâ haud perinde. ut ad accusatorem referas, non ad legem. qui non tam exitium eo factò querebat, quàm gloriam Principi. Sed hominis consiliium Thrasea sententia subuertit.

128. DATA ETIAM ABSOLVENDI.] *Melius è priscis, datam etiam abs. licentiam.*

129. FABRICIUS VEIENTO.] *Puto illum esse, qui A. Fabricius Dioni dicitur: quiq; Prætor, canes Circensibus ad currus adiunxit pro equis.*

130. NOMEN CODICILLORVM DEDERAT.] *Noto fuisse morem, uti in testamentis conuitia quedam & probra liberiùs scriberent: quæ ante Augustum inobseruata & permissa. Scilicet quia supremis illis tabulis & voci, danda videbatur aliqua libertas. Frenum inycere Senatus voluerat; sed ille idem princeps, ut Suetonius ait, de inhibendâ testamentorum licentiâ ne Senatus quidquam constitueret, intercessit. Ea enim Germana lectio, germana mens eius loci: non ut vir doctus substituit, scommatorum. Exempla in Tacito passim, de ijs qui supremis tabulis multa atrocita in Macronem, in Tiberium, aliosq; potentes composuerint. Hoc exemplo ergo maledicentia sua cauens Veiento, inscripsit opicos & oscos eos libros Codicillos.*

131. SOFONIUM TIGELLINUM.] *Tigellinum libri appellant, & Græci, quibus semper Τριγελίνος. Sophronium corruptè epitoma Dionis: Sofonium Tacit. 1. Histor. Quod ait de veterè infamiâ, intellegit credo stuprum eius cum Agrippinâ matre Neronis: quâ causâ à Caio in exsilium pulsus. Dio, ἐν τούτοις δὲ τότε φύγουσι, καὶ ὁ Τριγελίνος ὁ Σωφόνιος ὡς καὶ Ἀγριππίνῃν μεμοιχθῆναι ἐξέπρεσεν. Mentio clara hominis, imò breuis vitæ descriptio, in Scholiaste veteri Inuenalis, ad versum, Pone Tigellinum. C. Fulcinius (corrigendum, C. Ofonius) Tigellinus, patre Agrigentino, Scylaceum relegatus iuuenis, egens,*

verum admodum pulcher, in concubinatum à Bincio & Lucio Domitio maritis Agrippinæ & Fulviæ sororum Cæsar, atque in vtriusque vxoribus suspectus, ob hoc vrbe summotus *Plura illic vide, sed hæc corrige: à Vinicio & Lucio. itemq; Agrippinæ & Liuiæ, sororum C. Cæsar. Nihil certius. Nam M. Vinicius Liuiam Germanici filiam uxorem habuit, & L. Domitius Agrippinam. Tacitus lib. vi. Idem Tigellini nomen corruptum odoror in Egesippi lib. iv. cap. xx. ubi de Nerone. Et ideò, inquit, nequissimis se Nymphidio & Gemellino præcipue credendum putauit. Gemellinum hunc nusquam reperias, & suppose fideliter Tigellino. Adprobat, quod ipse subdit desertum Neronem ab utroque: quod historia, & nominatim de Tigellino Tacitus, prodiderunt.*

132. AC QUÆ ILLI PRO COGNATIS MORIBVS.] *Non displicet Farnesiana scriptura. Atque illi procognitis moribus fuere. id est, præscitum antea, qui mores vtriusque. Vatic. refert. progenitis moribus. tentabam, pro gentis maioribus. quasi commendatione vitiorum pro natalibus vsus. Humilitatem quidem generis eius notat idem Tacitus 1. Historiar. Sophomius Tigellinus obscuris parentibus, fœdâ pueritiâ. Fortè & sic leg. ut qui illi pro geminis moribus faueret. Geminum, simile. Emeritus ergo Tigellinus fauorem Neronis similitudinem morum vitiorumq;. Sed ne dissimulem, Farnesiana lectio firmari omnino à Victore videtur, phrasim hanc emulante, imò sumentem à Tacito, in Othone: Qui potentiâ dies ferè quinque & octoginta, præcognitis moribus, potitus, postquam à Vitellio pulsus est, mortem sibi consciuit. Atque ita Victor: tamen ingeniosus Mercerus diuisim illa Farnesiani codicis legebat: illi pro cognitis: tales, quales iamante noti.*

133. EX INTIMIS LIBIDINIBVS.] *Vatic. in intimis. esset, ad intimas libidines electus.*

Cap. 52.

Seneca auctoritas labascit.

In eum criminosa.

* vocem

Cap. 53.

Ipsa eorum pariter et animose se defendit.

Cap. 54.

Cap. 55.

Nero subdole responderet.

* ipse

Ab, nimis hoc verè.

litum famâ Rufus, quod apud Neronem aduersum experiebatur. Mors Burthi infregit A Senecæ potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, & Nero ad deteriores inclinabat. Hi varijs criminationibus Senecam adoriuntur, tamquam ingentes & priuatum modum euectas opes adhuc auget, quodque studia ciuium in se uerteret, hortorum quoque amcenitate & villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur. Obiiciebant etiam eloquentiæ laudem & uni sibi adsciscere, & ¹³⁴ carmina crebrius facititare postquam Neroni amor eorum uenisset. Nam oblectamenti Principis palam iniquum, detractare vim eius equos regentis, alludere ¹³⁵ voces quoties caneret. Quem ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certè finitam Neronis pueritiam, & robur iuuenta adesse. exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus, maioribus suis. At Seneca criminantium non ignarus, prodeuntibus ijs quibus aliqua honesti cura, & familiaritatem eius magis aspernante Cæsare, tempus sermoni orat: & accepto, ita incipit. Quartusdecimus annus est Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus ut imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Utar magnis exemplis, B nec meæ fortune, sed tuæ. ¹³⁵ Atauus tuus Augustus, M. Agrippæ Mitylenense secretum, C. Mæcenati urbe in ipsâ, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Roma pluribus laboribus iactatus, ampla quidem sed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentia adhibere potui, quàm studia, ut sic dixerim, in umbrâ educata? è quibus claritudo venit, quod iuuenta tuæ rudimentis affuisse uideor, grande huius rei pretium. at tu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti, aded ut plerumque intra me ipsum uoluam, Ego ne equestri & provinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales ¹³⁶ hortos instruit & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatijs, tam lato fenore exuberat? Vna defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Sed uterque mensuram impleuimus, & tu quantum Princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à Principe accipere. Cetera inuidiam augent, quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacet: sed mihi incumbit. mihi subueniendum est. ¹³⁷ Quo modo in militia aut uia seßus aduinculum orarem: ita in hoc itinere uita, senex, & leuissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum cura seponitur, in animum reuocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigij regimen: ¹³⁸ possumus seniores amici, quietè respondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedit, eos ad summa uexisse, qui & modica tolerarent. Ad quæ Nero sic fermè respondit. Quod menditata orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum præuisa, sed subita expedire docuisti. ¹³⁹ Auus meus Augustus Agrippæ & Mæcenati usurpare otium post labores concessit, sed in eâ ¹³⁹ ipsâ ætate, cuius auctoritas tueretur, quidquid illud & qualecumque tribuisset, attamen neutrum datis à se præmijs exiit. Bello & periculis meruerant. In his enim iuuenta Augusti uersata est. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent, in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, consilio, præceptis pueritiam, dein iuuentam meam fouisti. Et tua quidem erga me munera, dum uita suppetet, æterna erunt. Quæ à me habes, horti & fenus, & uilla, D

134. CARMINA CREBRIVS FACITITARE.] Tragediæne, quæ eius nomine feruntur? Non opinor, & alibi uidero.

135. ATAVVS TVVS AVGVSTVS.] Imò abauus.

136. HORTOS INSTRUIT.] Vides hic opes Senecæ in uillis, agris, pecuniâ. Sed quid est, instruit? referri ad statuas, tabulas, aliumque ornatum potest: etsi Flor. codex exstruit: quod ad adificia ibi superba & noua.

137. QVO MODO IN MILITIA.] Intellegit Optiones, qui adiutores Centurionibus dati. Festum corrigo, Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur centurioni à Tribuno

militum, qui ex eo tempore, quem uelint, centurionibus permillum est optare, & nomen ex facto fortitus est. legoq, à tribuno, militemque ex eo tempore.

138. POSSVMVS SENIORES AMICI.] Non usquequaque placet. Vatic. quietem, præfert. Fortean, possumus seniores amici quietem iure spondere. Fuit cum inculcatam uocem è sequenti lineâ putarem, legeremq, reiectâ, poscimus seniores amici quietem. Quid si, quietem respondere? Apuleius phrasæos huius approbator. Apol. II. Hascine gratias bonus filius matri respondes?

139. AVVS MEVS AVGVSTVS.] Legam ut supra, abauus.

140. CLAY-

A & villa, casibus obnoxia sunt: ac licet multa videantur, plerique haut quaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod precipuus caritate, nondum omnes fortunâ antecellis. Verum & tibi valida atas, rebus, que & fructui rerum sufficiens, & nos prima imperij spatia ingredimur: nisi fortè aut te Vitellio ter consuli, aut me ¹⁴⁰ Claudio præponis. Sed quantum ¹⁴¹ Volusio longa parcimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin si quâ in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas, ¹⁴² inornatumque robur subsidio impensius regis. Non tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris Principem; sed mea auaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quod si maximè continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam* parat, inde gloriam sibi recipere. His adiicit complexum & oscula, ¹⁴³ factus naturâ & consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditijs. Seneca (qui finis omnium ¹⁴⁴ cum dominante sermonum) grates agit: sed instituta prioris potentia commutat: prohibet cœtus saluantium: vitat comitantes: rarus per urbem, quasi valetudine infensâ, aut sapientiæ studijs domi attineretur. Perculso Senecâ, promptum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinæ amicitiam in eo criminantibus. Validiorque in dies Tigellinus; & malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus si Principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur. Compertoque Plautum & Syllam maximè timeri, Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem nuper amotos: nobilitatem eorum, & propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus commemorat. Non se, ut Burrhum, diuersas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare. cui caueri utcumque ab urbanis insidijs ¹⁴⁵ præsentia, longinquos motus quoniam modo comprimi posse: Erectas Gallias ad nomen dictatorium, ¹⁴⁶ nec minus suspectos Asiæ populos, claritudine aui Drusi. ¹⁴⁷ Syllam inopem, unde præcipuam audaciam; & simulatorem segnitia, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otij, sed veterum Romanorum imitamenta præferre; assumtâ etiam Stoicorum arrogantia, sectaque, quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat. Nec vltra mora. Sylla, sexto die peruectis Massiliam percussoribus, ante metum & rumorem interficitur, cum epulandi causâ discumberet. Relatum caput eius illudit Nero, tamquam præmaturâ canitie deforme. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur, & spatium itineris ac maris tempusque interiectum mouerat famam: vulgoque fingeant, petitem ab eo Corbulonem, tum magnis exercitibus præsentem, si clari atque insontes interficerentur, præcipuum ad pericula. quin & Asiam fauore iuuenis arma accepisse, nec milites ad scelus missos aut numero validos, aut animo promptos, postquam iussa efficere nequiverint, ad spes nouas transisse vnâ. ¹⁴⁸ Hæc in ore famæ, credentium otio agebantur. Ceterum libertus Plauti, celeritate ventorum præuenit centurionem, & mandata L. Antistij soceri attulit:

Cap. 56.

* parat, Senecam comiter dimittit. At ille vana rerum exultis & quietem serio spectat. Cap. 57.

Tigellinus increpsit. Plautum & Syllam criminatur.

Propudium hominis, etiam Stoicos. Sulla occisus. Cap. 58.

Parari & Plautum: De quo vana quadam sparsa.

D 140. CLAUDIO PRÆPONIS.] Siquid video, aut negatione insitâ scribend. non præponis: aut mutandum in postponis. Certè & Nero iudicio ante Claudium: & Seneca omni re ante Vitellium.

141. VOLUSIO LONGA PARCIMONIA.] Dixi supra: addo hoc nomen in Vatic. constanter semper scribi, Volusino. Porro de diuitijs Volusiorum Sily egregius locus est, huc alludentis lib. v.

Occumbis generose Volux. nec clausa repostis Pondera thesauris, patrio nec regia quondam Præfulgens ebore & possessa mapalia soli Profuerint.

142. INORNATVMQVE ROBVR.] Inornati vox displicet, cum sequantur verba parum illi congrua. Malim, inordinatumque. id est, incompositum. etatis huius robur. Nec displicet sanè Faëni, innatumque robur.

143. FACTVS NATVRA.] Libri ita. Vulgò, factus.

144. CVM DOMINANTE SERMONVM.] Quibusdam abest vox, sermonum: nec ego requiram.

145. PRÆSENTIA; LONGINQVOS.] Florentino est, præsentiora: ex quo alij, præsentiore, ego, præfenti operâ, vellem, si tamen vulgata mutanda.

146. NEC MINVS SVSPECTOS.] Scribo, suspensos.

147. SYLLAM, SIMVLATOREM SEGNITIÆ.] Sæpè sic euenit, ut qui maximè ambitiosi, occultent. Pulchrè & ad Taciti lucem Seneca in Oedipo: Certissima est regnare cupienti via, Laudare modica, & otium ac somnum loqui. Ab inquieto sæpè laudatur quies. Eiusdem sententiæ illud Nostri est: cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur. lib. iv. Hist. in extremo.

148. HÆC IN ORE FAMÆ.] Modius noster in Nouo-antiquis legit, more famæ. & augebantur. acutiè. Ita iv. Hist. More famæ in maius innotuere.

tulit: effugeret segnem mortem, ¹⁴⁹ otium, suffugium, & magni nominis miserationem. reper- A
 turum bonos, consociaturum audaces. nullum interim subsidium aspernandum. si sexaginta mili-
 tes (tot enim adueniebant) propulset; dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat,
 multa secutura, quæ ad usque bellum eualescerent. denique aut salutem tali consilio queri, aut nihil
 grauius audenti quàm ignauo patiendum esse. Sed Plautum ea non mouere. siue nullam
 opem prouidebat inermis atque exsul; seu tædio ambiguae spei; an amore coniugis, & li-
 berorum, quibus placabiliorem fore Principem rebatur, nullâ sollicitudine turbatum.
 Sunt qui alios à focero nuntios venisse ferant, tamquam nihil atrox immineret, doctores-
 que sapientiæ, ¹⁵⁰ Cœranum Græci, Musonium Thusci generis, constantiam opperien-
 dæ mortis, pro incertâ & trepidâ vitâ suafisse. Repertus est certè per medium diei nudus,
 exercitando corpori. Talem eum centurio trucidauit, coram Pelagone Spadone, quem
 Nero centurioni & manipulo quasi satellitibus ministrum regium præposuerat. ¹⁵¹ Ca-
 put interfecti relatum. cuius aspectu, ipsa Principis verba referam: *Quin, inquit, Nero*
deposito metu nuptias Poppæ ob eiusmodi terrores dilatas maturare paras, Octauiamque coniu- B
gem amoliri, quamuis modestè agat, & nomine patris, & studijs populi grauem? Sed ad senatum
 litteras misit, de cæde Syllæ Plautique haut confessus. verùm vtriusque turbidum inge-
 nium esse, & sibi incolumitatem Reip. magnâ curâ haberi. Decretæ eo nomine suppli-
 cationes, utque Sylla & Plautus senatu mouerentur, grauioribus tamen ludibrijs quàm
 malis. Igitur accepto patrum consulto, postquam cuncta scelerum pro egregijs accipi
 videt, exturbat Octauiam, sterilem dictans. Exin Poppæ coniungitur. Ea diu pellex, &
 adulteri Neronis, mox mariti potens, quemdam ex ministris Octauix impulsit, seruillem
 ei amorem obijcere. destinaturque reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus,
¹⁵² canere tibijs doctus. Actæ ob id de ancillis quæstiones, & vi tormentorum victis
 quibusdam, ut falsa annuerent, plures perstiterunt sanctitatem dominæ tueri. ¹⁵³ Ex qui-
 bus vna instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octauix respondit, quàm os eius. Mo-
 uetur tamen primò ¹⁵⁴ civilis dissidij specie: domumque Burrhi, & prædia Plauti, in-
 fausta dona accipit. Mox in Campaniam pulsa est, additâ militari custodiâ. Inde crebri C
 questus, nec occulti per vulgum, cui minor sapientia, & ex mediocritate fortunæ, pau-
 ciora pericula sunt. ¹⁵⁵ His haut quaquam Nero pœnitentiâ flagitij coniugem reuoca-
 uit Octauiam. Exin læti Capitolium scandunt, deosque tandem venerantur. Effigies
 Poppæ prouunt. Octauix imagines gestant humeris, ¹⁵⁶ spargunt floribus, foroque
 ac templis statuunt. Itur etiam in Principis laudes, repetitum * venerantium. Iamque &
 pala-

ut sand focer
ad audien-
dum aliquid
excitabat:

Cap. 59.
Sed immorū.

Mortem in-
trepidè ex-
spectat:

Et excipit.

Nero de v-
troque ad
Senatum
scribit, eadē.

Illi appro-
bant.

Cap. 60.
Octauia ex-
turbatur, in-
ductâ Pop-
pæ.

Seruile adul-
terium illi
obijcitur.

Constantia
& confiden-
tia ancilla.

Octauia re-
uocatur mo-
x populi.
Cap. 61.

149. OTIUM, SVFFVGIVM.] Suspecta.

150. COERANVM GRÆCI, MVSONIVM, THVSCI.] Cœranus mihi irrepertus. nisi quod Plinius Indice libri II. inter auctores quos delibitauit, recenset. Cœranus. In Senecæ epistolâ LXVI. valde celebratur huius aui Claranus quidam Philosophus. numquid ibi Cœranus? aut magis, in Tacito Claranus? Sed Musonius notior, qui Vulsinijs in Etruriâ natus, equestris ordinis, studium philosophiæ & placita Stoicorum æmulatus est, ait noster lib. III. Hist. Nomina illi, C. Musonius Rufus, uti ex Tacito & Plinio colliges lib. III. epistolar. Superuixit ad imperium Vespasiani: ut iure culpes Suidam, interfectum eum à Nerone, bis adfirmantem. Vide eam in voce, Μασούσιος, & Κορῆτος. Melius veriusq; Philostratus lib. VII. qui Musonium Tyrrhenum in Gyaron insulam proiectum à Nerone scripsit. Vnde redijt, cum ille abiisset.

151. CAPVT INTERFECTI RELATVM.] Non ergo idem hic ille Plautus, cuius necem Suetonius rettulit cap. XXXV. Non herclè idem. multa obstant. Primum ille inter pueros, aut certè atate inferior quàm Nero: (stupro enim ante mortem illi cognitus.) At iste grandior. Ille Romæ fuisse debuit, cum casus

est: in Asiâ iste. Ille viuâ Agrippinâ; hic mortuâ pridem interfectus. Itaque illum cum libris aliquot verius est, A. Plantium vocari: filium fortasse eius qui de Britannis triumphauit. Cum nostro isto si confundis (quod faciunt plures:) quomodo vel hac parte Tacitum cum Suetonio iunges, qui diuersissima Neronis verba depromunt? Dio an de hoc Plauto locutus sit nescio: Τὸν γὰρ ἐν Πλάτων (scribo Πλαῦτον) ὑποκτείναι, ἔπειτα ἢ κεφαλῇ αὐτῆς προσεχθεῖσαν οἱ ἰδὼν. Οὐκ ἦδεν, ἔφη, ὅτι μετὰ τὴν θάνατον εἶχε. Nam & ea D
 verba diuersa ab istis. Quis tamen neget, quin & hac potuerit adiungere?

152. CANERE TIBIIS DOCTVS.] Flor. canere per tibias. An fortè, canere pares tibias?

153. EX QVIBVS VNA.] Nomen liberrime ancilla, Pythias, ex Dione.

154. CIVILIS DISSIDIJ SPECIE.] Id est, diuortij.

155. HIS HAVT QVAQVAM NERO.] Mutila, fracta: & in quibus restituendis, sine libris frustra al- labore. In eadem noxâ, sequentia. In Agricola tamen codice notatum: His motus Nero, an pœnitentiâ flagitij, sed ingenio, ut opinor, duce.

156. SPARGVNT FLORIBVS.] Sparsio illa florum

A palatium multitudine & clamoribus complebant, cum emissi militum globi verberibus & intento ferro turbatos dissecere. Mutataque quæ per seditionem verterant, & Poppææ honos repositus est. Quæ semper odio, tum & metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, prouoluta genibus eius: Non eò loci res suas agi, vt de matrimonio certet (quamquam id sibi vitâ potius) sed vitam ipsam in extremum adductam à clientelis & seruitijs Octauiae, quæ plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausis quæ vix bello euenirent. Arma illa aduersus Principem sumta. duce tantum defuisse, qui motis rebus facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam. & in Urbem ipsam pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensionem? An quia veram progeniem penatibus Caesaris datura sit, malle populum Romanum tibiicinis Ægyptij subolem Imperatorio fastigio induci? Denique si id rebus conducatur, libens quam coactus acciret dominam, vel consuleret securitati iustâ vltione. Et modicis remedijs, primos motus confedisse.

Poppæa sibi metuit: Neronem acri oratione exstimulat.

B metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem & accendit. Sed parum valebat suspicio in seruo, & 158 quæstionibus ancillarum eluserat. Ergo confessionem aliquis quæri placet, cui rerum quoque nouarum crimen affingeretur. Et visus idoneus maternæ necis patrator Anicetus, classi apud Misenum, vt memorauimus, præfectus, leui post admissum scelus gratiâ, dein grauiore odio: quia grauiorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur. Igitur accitum eum Cæsar operæ prioris admonet. Solum incolunitati Principis aduersus insidiantem matrem subuenisse: locum haut minoris gratiæ instare, si coniugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus. Fateretur Octauiae adulterium. Occulta quidem ad præsens, sed magna ei præmia, & secessus amcenos promittit: vel si negauisset, necem intentat. Ille insitâ vecordiâ, & facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam iussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops exsilium tolerauit, & fato obiit. At Nero præfectum spe sociandæ classis corruptum, & incusata paulo antè sterilitatis oblitus, abactos partus conscientiâ libidinum, eaque sibi comperta 159 dicto memorat. 160 Insulaque Pandatariâ Octauiam claudit. Non alia exful visentium oculos maiore misericordiâ affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ à Tiberio, recentior Iuliæ memoria obuersabatur à Claudio pulsa. Sed illis robur ætatis affuerat. Læta aliqua viderant, & præsentem sæuitiam melioris olim fortunæ recordatione leuabant. Huic * primùm nuptiarum dies loco funeris fuit, deductæ in domum, in quâ nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, & statim fratre. Tum ancilla dominâ validior. Et Poppæa non nisi in perniciem vxoris nupta. Postremò crimen omni exitio grauius. Ac puella vicesimo ætatis anno, inter centuriones & milites, præfugio malorum iam à vitâ exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis

Cap. 62.

Alia machina in Octauiam. Aniceto administrato.

Qui fatetur adulterium.

Cap. 63.

C paulo antè sterilitatis oblitus, abactos partus conscientiâ libidinum, eaque sibi comperta 159 dicto memorat. 160 Insulaque Pandatariâ Octauiam claudit. Non alia exful visentium oculos maiore misericordiâ affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ à Tiberio, recentior Iuliæ memoria obuersabatur à Claudio pulsa. Sed illis robur ætatis affuerat. Læta aliqua viderant, & præsentem sæuitiam melioris olim fortunæ recordatione leuabant. Huic * primùm nuptiarum dies loco funeris fuit, deductæ in domum, in quâ nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, & statim fratre. Tum ancilla dominâ validior. Et Poppæa non nisi in perniciem vxoris nupta. Postremò crimen omni exitio grauius. Ac puella vicesimo ætatis anno, inter centuriones & milites, præfugio malorum iam à vitâ exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis

Octauia insula clausa: Magna miseratione populi.

* primus

Cap. 64.

cis

rum recepta in eos, quos honore honestos volebant, quosque beniuolentiâ prosequabantur. Liu. lib. XXXIII.

D Omnes tendere ad Imperatorem Romanum, vt ruente turbâ in vnum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque iacentium, haud procul periculo fuerit. Capitolinus in M. Antonino: In Saliatu omen accepit imperij, coronis omnibus in puluinar ex more iacentibus, aliæ alijs locis hæserunt, huius velut manu capiti Martis aptata est. vbi rectè scripseris, coronas, & iacentibus. Ouidius de Germanico triumphante:

Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum: Vndique iactato flore tegente vias.

Herodianus lib. 1. de Commodi aduentu in urbem: Τοῖστων δὲ διασάμφοι τὸν βασιλεῖα οἱ Ῥωμαῖοι εὐφημίας τε παντοδαπαῖς καὶ σεφάνων καὶ ἀνδρείων βολαῖς ὑπεδέχοντο. Virgil.

Purpureos spargam flores, animamque nepotis

His saltem accumullem donis.

157. AT SI DESPERENT.] Si integra, lego. An si desperent? interrogandi notâ.

158. QUÆSTIONIBVS ANCILLARVM ELVSERAT.] Iacobo Lectio erudito iuueni adsentior scribenti; elusa erat.

159. DICTO MEMORAT.] Legendum hic, edicto memorat, idem Lectius, quem nominavi, docuit me verè. Nam principes per edicta populum adfabantur. vt notum.

160. INSVLAQUE PANDATARIA.] Quid ergo in mentem illi poeta ignobili venit (non enim Seneca: cum certis argumentis post mortem eius scripta ea Tragædia sit) qui relegare Octauiam in Ægyptum videtur.

—date vela fretis

Ventisque, petat puppis rector Tandem Phariæ litora terræ.

Nisi si hoc vult, Alexandrinâ dumtaxat nauis auctam

Denique ad
mortem
acta.

Caput Pop-
pæ oblatū.
O tempora
feruilia!

Cap. 65.
Nero libertos
aliquos ve-
neno tollit.

cis dehinc interiectis diebus, mori iubetur: cum iam viduam se & tantum sororem te- A
staretur, ¹⁶¹ communeque Germanici, & postremo Agrippinæ nomen ciceret. quâ inco-
lumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. Restrigitur vinculis,
venæque eius per omnes artus exsoluuntur; & quia pressus pauore sanguis tardiùs labe-
batur, præferuidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior sæuitia, quod caput am-
putatum latumque in urbem Poppæa vidit. Dona ob hæc templis decreta. Quod ad
eum finem memorauimus, ut quicumque casus temporum illorum nobis vel alijs au-
ctoribus noscent, præsumtum habeant, quoties fugas & cædes iussit Princeps, toties gra-
tes deis actas; quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis insignia fuisse. Ne-
que tamen silebimus, si quod senatusconsultum, adulatione nouum, aut patientiâ postre-
mum fuit. Eodem anno libertorum potissimos ¹⁶² veneno interfecisse creditum est,
¹⁶³ Doryphorum quasi aduersatum nuptijs Poppææ, Pallantem quod immeasam pecu-
niam longâ senectâ detineret. Romanus secretis criminationibus incusauerat Senecam
ut C. Pisonis socium, sed validiùs à Senecâ eodem crimine perculsus est. Vnde Pisoni ti- B
mor & orta insidiarum in Neronem magna moles, sed improspera.

etiam Octauiam. Id enim contentiosus aliquis possit
parum εὐλόγως dicere. aliàs reposuerim ego, Panda-
tariæ litora terræ.

161. COMMUNEQUE GERMANICI.]
Accipere possis, appellasse Octauiam patris nomen,
qui Germanicus dictus, uti & Nero. Commune igitur
utrimque. Tamen cum in prisca libris sit, Com-
muneque; nata mihi lectio, cum manesque ger-
mani. Ut fratrem appellauerit sublatum, & deinde
matrem.

162. VENENO INTERFECISSE CREDITVM EST]

Vel, creditus est. Vide Suetoni. Nerone, cap. xxxv.

163. DORYPHORVM.] Est nomen siue cogno-
men liberti proprium. Fortasse & in hoc Xiphilini lo-
co, in Nerone: Δορυφόρου τῶν τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία
διέποντι, πενήτηντα ἄμα καὶ ἑξακοσίας μυριάδας
δοθέντων ἐπέλασε: Doryphoro, qui à libellis erat,
iussit dari ducentas quinquaginta Drachmarum
myriadas. Ita ego verterim, & munus nostri Dory-
phori eruerim: at interpres, Prætoriano cuidam mi-
liti fecit: qui non solent profecto à libellis aut tali-
bus officijs esse.

